

Aeneae Siluii Piccolominei qui & Pius se-  
cundus fuit Epistole in Cardinalatu editae  
Lege foeliciter.



**D**uo Imperatori Federico augusto dno  
suo Aeneas sacrosanctę Romanę eccle-  
się tituli sanctę Sabine presbyter Cardi-  
nalis & Epus Senensis S. D. P. Quod  
iam dudum optasti procurastiq; Cesar in persona  
mea: nũc demũ completũ est. habes tota quod mę  
te petisti. Naz quod sanctę memorię Nicolaus pa-  
pa Quintus tuę mäsuetudini sepe pollicitus est Be-  
atissimus pontifex Calixtus. n. impieuit. Qui n. su-  
meis meritis: nulla enĩ me uirtus honore dignĩffi-  
cit sed sua incredibili bonitate que usq; ad idignos  
ptendit: & tna potissimũ intercessione his diebus  
ad Cardinalatus ordinẽ cum quinq; alijs u. ger. ibi  
libus & magne auctoritatis Epis me prouenit. In  
telligo quantũ debeo tuę sublimitati. At unde per-  
soluere possim debitũ nõ intelligo. Conabor tñ dũ  
spiritus hos reget artus ita me gerere: ut oēs intelli-  
gant: ad hanc me dignitatẽ tuo fauore ac ex tua cu-  
ria peruenisse: meq; Theutonicũ magisq; Italũ car-  
dinalẽ esse. Tuũ erit nihil mecu; remissius agere q̃  
prius. Nam ego pro tua maiestate: pro sacro impe-  
rio: p. indyta domo Austrie: pro tuis quibusq; car-  
ris nullos unq; labores: nullas curas effugiã. Nihil  
unq; tuę mansuetudini negabitur: quod mea opera  
effici possit. Vale. Ex Vrbe: uicesima secunda De-  
cembris. M. cccc. lvi.

Calixtus 3

s. car.  
Aeneas

1455



Inc. 1179

*in ora Auguste  
Imperatrici*

**S**erenissime Imperatrici Leonore Auguste:  
domine sue: Aeneas sacrosancte Romane ec-  
clesie tituli sancte Sabine presbyter Cardina-  
lis & Epus Senensis. S. P. D. Non meis meritis que  
nulla sunt: sed tua: & cōsortis tui diui Federici Ro-  
manoꝝ Imperatoris augusti intercessione ad Car-  
dinalatus honorē superioribus diebus pietas apli-  
ca me prouexit. Multa extant tua in me beneficia.  
Sed hoc maximū est q̄ hac dignitate me dignū iu-  
dicasti: & ut illam cōsequerer nihil omisisti: quādo  
& summo pōtifici & sacro collegio. & auūculo tuo  
regi Aragonū potentissimo me sepius cōmendasti  
Hibes igit apud sedem apli. hominē tue man-  
suetudini deditissimū: qui p te tuoq; splēdore glo-  
ria amplitudine omni tempore curiosus erit. Neq;  
enim ullus me unq̄ grauabit labor quem tua causa  
fusserim. Tue maiestatis deinceps erit ita me uti  
quē nadmodū ingentia que mihi contulisti benefi-  
cia deposcunt. Vale. Ex Roma die uicesimasecūda  
Decembris. M. cccc. lvi.

*in ora Ladis-  
slauis Hungarie  
et Bohemie  
regis*

**S**erenissimo & potentissimo principi Ladis-  
lao Hūgarie ac Bohemie regi. Aeneas Cardi-  
nalis Senensis. S. P. D. Quod me summus pō-  
tifex his diebus ad Cardinalatus ordinē accersue-  
rit: tua intercessione magna ex parte factū non am-  
bigō: cū sepenumero & litteris & nunciis apli. pi-  
etati me cōmendaueris. Scio igit me obnoxiiū quo  
ad uiuā & facultas adsit tuis om̄ibus desideriiis mo-  
rem gerere: neq; id negligā quidē. Nam si quid est  
q̄ noua dignitas mihi credita: uel tue amplitudini:  
uel subditoꝝ tuoꝝ utilitati cōferri possit: id tantū



negabitur quantū ipse requirere postposueris. Nec mihi res ulla iocūdior fuerit q̄ tue uoluntati cōplacuisse: tuisq; regnis: & reliquis principatib⁹ usui aliquando fuisse. Vale ex urbe Roma die uicesima secunda decembris. M. cccc. lvi.

**C** Neas Cardinalis Senensis Alfonso regi Aragonū. S. P. D. Serui qui modo quocūq; peculiū augent rex serenissime ac potētissime infideles dīnandiq; fuerint: nisi dominis suis ratione; lucti reddiderint: eam ob causam cum hodie maximus pōtifex Calixtus. iiii. me uel minus merentem: ad cardinalatus honorē p̄uexerit: peculiūq; quod i modo meū aduexerit: officii mei esse putauit: id tue maiestati cui⁹ sum mancipiū q̄uis inutile tū fidele: notū efficere: ut si quid est in ea dignitate mihi credita: uel utilitatis: uel decoris: id totū tuū esse noueris. Ad me labor tantū molestiaq; suscepti officii pertinebit: in quo tāto magis affligendū me scio: quāto indignior hoc muneris sum cōsequutus. Ex urbe Roma die. xxiii. decēbris. M. cccc. lvi.

*Alfonso rex Aragonū*

**C** Neas Cardinalis Senensis Nicolao Pistoriensi doctori utriusq; iuris. S. P. D. Nihil nobis est dubii te ut scribis nostra promotione letatum esse. Quis enim amicus est & amici honorē nō libēter intuetur? Scio quo te loco habemus: & quāti te facim⁹. Quidni ergo litteris nos auctos dignitate esse: cū & tu una creueris. Si modo creuim⁹ etenim nobis nondū liquet letari an flere potius debeamus ad tante dignitatis culmē euecti. Nam quid miserius est q̄ id officii gerere cui neq; satisfacere onus grauiissimum & humeris nostris omnino im-

*Nicolaus Pistoriensis*

par subiuiimus: nisi misertor domin9: qui dedit ho  
nozem: & retinendi facultatem prebuerit. Intelligi  
mus quantum iminet precipitium: atq; idcirco de  
nobis ipsis nescimus ferre iudicium utcunq; sit no  
stra erga te beniuolentia nunq; minuetur. Naz qui  
te dileximus in Episcopatu: in Cardinalatu magis  
ac magis amabimus. Famulos quos polliceris re  
cipere non possumus: supra quam nostra res ferat  
onerati. Tibi uero semper erit in domo nostra ser  
uatus locus: si saltem dignaberis apud nos esse: &  
nos illi simus qui tibi usui possumus esse. Optam9  
mulam aliquam perquiras pro nobis: & rescribas  
precium antequam emas: ut tibi per banchum de mi  
raballis pecuniã mittamus. Vale. & dominũ Am  
brosum ac dominũ Alexium nostrum iubeto sal  
uere: nosq; illis offero & dato Alexio amplius di  
cito: ne omnino fidei renunciet: quãuis indies indi  
gnos ad maiores assumi dignitates animaduerti  
tis: ut nobis modo factum est. Nam diuina poten  
tia tum potissime demonstratur: cum subleuat que  
sunt minima: & consilia eius nostra nõ possunt in  
genia attingere. Iterum uale. Datum Romę die ui  
cesimaquarta decēbris. M. cccc. lvi.

*omnes car  
lis  
s. h. Angly*

¶ Neas Cardinalis Senēsis Iohanni Cardinali  
sancti Angeli. Salutem plurimã dicit. Quod  
annis iam plurimis reuerendissime pater tuo  
filio concupiuiisti quesuiisticq; nunc demum comple  
tum est. Summa enim concordia sacri collegii Cali  
xtus pō tifex maximus ad Cardinalatus ordinē me  
uocauit atq; assumpsit. Scio quanto altius sum eue



3

ctus q̄ merui: sed ita suasiones tue: precesq; Cesaris  
effecerunt. Non sum ego qui gratias agere possim  
tue erga me caritati. Nam quid prestare tanto do/  
mino seruis possit. Voluntas mea iam dudum tua  
est: quecūq; postmodum accessere illam sequuntur  
Fui tuus cum essem pauper presbyter: neq; me ma/  
nu tua episcopatus eripuit: sum tuus etiam Cardin/  
nalis. Habes in collegio complures amicos: & me  
seruū: nisi me ueluti mācipio utaris: nihil in me cul/  
pa fuerit: si uelut emācipatus filius: aut manu emis/  
sus seruis minus agam q̄ par fuerit. Vale optime:  
Ex urbe Roma die uicesima sexta decembris. Mil/  
lesimo. cccc. lvii.

1557.

Neas Cardinalis Senensis Iohanni cardinali  
Papiensi: Salutem plurimā dicit. Si qua mihi  
uoluptas est ad Cardinalatus honorez esse af/  
sumptum: inde tantum est q̄ tua dignatio mihi col/  
lega & pater & dominus traditus est: quo cum ui/  
uere dulcissimū erit. Nunc tui labores sua premia  
susceperunt: nunc tue uirtuti quod suū erat creditū  
Scio quid lucri acceperit sacer senatus ex tua pmo/  
tione: magnū lumen Romana suscepit ecclesia: tua  
nobilitas: tuaq; doctrina meam ignorantiam & ig/  
nobilitatem obteget: sub scuto indignus ego secu/  
rus militabo. Veni igitur: sitibūdi expectamus om/  
nes reditum tuū. Tam satis Alamania Galliaq; &  
Hungaria te tenuit: Italia nunc & ipa mater orbis  
Roma te perfrui uult: nisi redieris cito: etia; ipse ty/  
beris maledicet absentie tue. Non fuisti in bello &  
uicisti. scies que pugna facta est cum redieris Nulli  
nunquā cardinales egrius quā nos collegium intra

Joan. car.  
papiensis

uere. Tam enim rubigo cardines ita obduxerat: ut  
uerti hostiū & aperiri non possēt Arietibus & om  
ni machinarum genere usus est Calixtus pontifex:  
ut ualuas aperiret. Demumq; arte non modica bel  
li ferratos postes portasq; refregit. Vale ex Vrbe.  
die. xxvi. decembris. M. cccc. lvii.

*Nicolas caris  
p. p. ad  
uincula.*  
¶ Neas Cardinalis Senensis. Nicolao cardina  
li sancti Petri ad uincula S. P. D. Placuit san  
ctissimo domio nostro pape Calixto per hos  
dies me longe immeritū ad Cardinalatus ordinem  
assumere: uestroq; sacro cetui aggregare. Scio quā  
tum ponderis subiui: nec uideo quo pacto credite  
mihī dignitati satisficiam: nisi fortasse tua reueren  
dissima paternitas ad curiam redierit: tunc enī in  
structus ab ea securius in hoc procelloso mari nauī  
garem. Precor igitur: si preces seruatoris audiendę  
sunt: & iam demū in patriā redeas. Nam cardina  
li sola Roma patria est: etiam si natus apud Indos  
is fuerit. Aut recusasse pileū oportuit: aut certe re  
ceptum Rome gestare: & matri omniū sedi consule  
re. Neq; illa excusatio idonea est non audior recte  
monens. mutant enim tempora. & qui olim cōtem  
ptui fuit: nunc precipue honoratur. Veni igitur ob  
secro ueni. Neq; enī tua uirtus est: que inter niues  
& umbrosas clausa ualles languescere debeat. Scio  
complures esse qui te uidere: audire: & sequi cupiūt  
inter quos me semper auditorem discipulumq; ob  
sequentem inuenies. Vale optime ex Vrbe Roma.  
die uicesima septima decēbris. Millesimo quadrin  
gentesimo quinquagesimo septimo.

*n. sola  
oma patria.*



Neas Cardinalis Senensis magistratui Balie Senensis. S. P. D. Non me uirtus que scio q̄ tenuis ē: sed bonitas summi p̄sulis Calixti: & intercessio diui cesaris Federici ad Cardinalat⁹ honorem me prouexit. Nō est cur ex hoc meus turgeat animus. Nam dignitas minus merenti credit: oneri potius est quā honori. Itaq; non ueluti iacta bundus collegio uestro promotionē meam significo. Sed quia dignus existimo quecūq; mihi obueniunt uobis nota efficere. Naz si qua erit in hac noua dignitate mea: uel honoris: uel emolumentū: id totū defugat dulcissima patria uolo. ad me nihil: nisi labores molestieq; ptinebunt. Datū Rome die. xxvii. decēbris. M. cccc. lviij.

*magistratus  
Balie sen.*

Neas Cardinalis Senensis diuo Federico Cesari. S. P. D. Audies a latore presentiū q̄ mirabilia & icredibilia regno damna fecerit terre motus in Apulie. Naz multa opida funditus corruerunt. alia magna ex parte collapsa sunt. In Neapoli omnes fere ecclese & maxima palacia ceciderunt plus. xxx. milia corporū oppressa ruinis traduntur: populus omnis habitat in tentoriis. Rex Aragonū qui aberat: audito nouo: incidit in febrem: & colica passione ferebatur. Curatus nunc dicitur recidiuasse: & uita eius in periculo esse creditur. Quod si moriatur tantus rex quod absit: non frustra cometam uidimus: cum turci fugati & magna ex parte cesi fuerint. Gubernator Hūgarie: & frater Iohānes obierint: comes Cilie interfect⁹ occubuerit: & Prefect⁹ Urbis comes Taglacozius uita functus sit. Sed uelit pietas diuina tantū regē adhuc diutius terris cō

*Andronicus  
cesar.  
Terre motus  
Apulia*

*cometa  
Turci fugati  
Gubernator  
Hungarie  
et frater Iohannes  
obierunt*

*comes Cilie interfectus.  
Prefectus urbis comes Taglacozius.*



cedere: cuius obitus magnam Italie atq; Hispanie  
partem conturbaret. Datum Rome die .xxviii. De  
cembris. M. cccc. lvii.

*Annus Campisius  
opus placetinus*  
Neas Cardinalis Senensis Iohanni Campi-  
sio episcopo Placētino Salutē dicit plurimā.  
Audiuisti ex aliis: opinantur nos Cardinala-  
tus ordinem adeptus: & quāuis indigni hoc hono-  
re sumus: id tamen tibi gratū esse cōfidimus. Quis  
enim amicus est: & amici exaltationem nō querit.  
at pro meritis dices amicū amici dignitatem expe-  
tere. Istec amicitia Stoicorum fortasse dictauerit:  
amicicia nostra ex media philosophia est: & pingui  
quada; minerua res meritur suas: utcūq; nobiscū  
actum est nostram promotionē tibi dulcissimā fu-  
isse confidimus: cum ad eam nuncium eius delatus  
est. Vellemus id primi enunciaffe patri amantissu-  
mo: sed nulla litterarū uelocitas est que famā imita-  
ri possit. Audiisti ex aliis nobis Cardinalatus credi  
tam dignitatem: audi & nunc ex nobis: & persuade  
tibi nos eos esse erga te: qui Papie Mediolani Ba-  
silee Romeq; fuimus: & nobis pro ueteri amicitia  
tanquā fratri amantissimo utere. Ex Roma die ui-  
cesimo octaua decembris. Millesimo quadringen-  
tesimo quinquagesimo septimo.

*Alia litterarum  
societas formam  
imitatur.*  
*Annus senensis*  
Neas Cardinalis Senēsis senatui Senensi: Sa-  
lutem plurimā dicit. Que credimus expedire  
ut uester Senatus intelligat nō tacebimus: dū  
poterimus honeste litteris aut nunciis committere  
nunc quod significemus hoc est: rex Aragonū gra-  
uiter egrotauit: deinde conualuit. Modo relatū est  
reciduassee: nescimus an ueruz id sit. Comes Tagla



cozius pridie mortē obiit: que res non nihil nouita  
 tis paritura uidetur. Nam comes Auersus heredi  
 tatem petit. Abbas Vrsinus contra nititur. comes  
Vrbinas bellū fertur indixisse malatestis. hec ad ali  
 os pertinent. In rebus uestris hec sunt. Orator du  
 cis Mediolani cōmunicato nobiscū consilio enixe  
 cōmunitatē uestraz summo pontifici cōmendauit.  
 quod habuerit responsuz ab eo scietis. Dñs Ribes  
 pro custodia montis accuti petit aureos trecentos.  
 Dicit enim se tenuisse famulos plures pro custodia  
 cui cū diceremus non fuisse necesse: replicauit peni  
 tus oportuuisse pro securitate pascuorum: id quid si  
 gnificet ipsi intelligitis. Nunc de nouo Reuerendis  
 simus cardinalis de Vrsinis petit a sanctissimo do  
 mino nostro aureos trecentos: quos mutuauit sibi  
 tempore exercitus. Papa uero respondit illos per  
 tinere ad rationes uestras. Scitis in hac re quid age  
 re debeatis. nobis consultissimū uidetur: ut orato  
 res uestros hic habeatis: qui loqui aperte ualeant.  
 Nobis non licent omnia: Iuuabimus tñ oratores  
 ipsos cū hic fuerint summa fide. Vestreꝝ reipubli  
 ce quātū facultas tulerit nūq̄ deerimus Datuꝝ Ro  
 me. xxix. decēbris. M. cccc. lvii.

**C** Neas Cardinalis Senensis Iohāni Bichio Se  
 nensi: Salutem plurimā dicit. Scientes quan  
 tum pro nobis conatus es in magistratu illo  
 tuo Capitaneatus populi reprehensibiles fuerimus  
 nisi nos ipsos gratos ostēdamus. sed hoc modo pre  
 stare nō possumꝰ. quippe qui non uerbis sed rebꝰ  
 reddēdas esse grās non ignoramus. At si qñ facul  
 tas sese obtulerit cognosces nos tui amātes eē. &c ac

*Auersus.  
 Abbas Vrsini  
 comes vrbi.  
 malatestis  
 orator duc  
 mediolanꝝ  
 Ribes 300  
 nus pro cus  
 dia mont  
 acuti pet*

*Car. de Vr*

*Ioannes  
 eius.*

cepti beneficii memores. nunc nō est aliud qđ scri-  
bamus: nisi quod de republica uestra cēsem⁹ apud  
hunc pontificem Oratores uestros cōmorari: quia  
multa indies occurrunt ponderosa: & uestra m̄ ciui-  
tatē tangentia: Scio quia nō oīnia nobis licent: sed  
oratoribus fideliter assistemus. Ex urbe Roma die  
uicesimanona decembris. M. cccc. lvii.

*indus Bindius*  
Neas cardinalis Senensis Bindo Bindio Se-  
nenſi. S. P. D. Credimus ut scribis promotio-  
nem nostram tibi iocunditati fuisse: ita enim  
exposcebat uetus amicitia nostra: Nos autē ex hac  
dignitate nescimus trīstari debeam⁹ aut letari. Nā  
sublime decus non merenti traditū oneris potius  
quā honoris est. Venit in mentez illud Appollinis  
preceptū: quo iubet: ut nos ipsos cognoscamus. Cō-  
sideramus imperfectū nostrum: & dum hinc parui-  
tatē nostrā inde altitudinē dignitatis adepte meti-  
mur: horrescimus ac trepidamus. Nam quanto al-  
tior est ascensus tanto periculosior casus. Inter hec  
tam anxie mentis dubia: nullum occurrit nobis ali-  
ud remedium: nisi ad deum ipsum recurramus: &  
ei supplicemus: ut qui dedit honorem ipse cōseruet  
& nos eam uitam ducere donet: que tante dignita-  
ti par sit. Tu uero de nobis persuadeto tibi: quoni-  
am illi erimus erga te qui semper fuimus: & amici-  
cie iura incōminuta seruabimus. Vale & amicos il-  
los nostros neapolitanos nostro nomine saluere iu-  
beto Anthonium panormitham Matheum mase-  
ritum Bartholomeum factium Matheum Iohan-  
nē: & reliquos: quibus nos offero & dato. Ex ur-  
be Roma die .xxix. decembris. M. cccc. lvii.

*tonius panormi-  
tha  
ritus. Mathe-  
ritus.  
antholomeus  
factius.  
Matheus quus Iohannis.*



Neas Cardinalis Senēsis Leonardo beneuo-  
 lenti S.P.D. Si quicquā amicicie nostre detra  
 ctum arbitreris: quoniam aucti honore uide  
 mur longe falleris. Nam ueram amiciciā nulla di  
 gnitas tollit. Sumus qui fuimus dum pedib9 simul  
 peteremus Romā. Si potuisset adiuici beniuolentie  
 nostre aliquid Cardinalatus noster pfecto addidif  
 set: sed plena que sunt uascula nihil amplius admit  
 tunt. Nos igit erga te iudē erimus uita comite: nec  
 de te aliter arbitramur. De dño preposito nepote  
 tuo sumus memores: & quoniā breui Senas uenire  
 nō possumus: cogitabimus quomodo hic rem illā  
 diffiniamus. Erimusq; illi fauentes quantū feret eq  
 uitas que comes amicicie inseparabilis est. Vos uiri  
 senenses more uestro puidi fueritis; si hac in curia  
 sedulo habebitis oratores: quibus & nos magna fi  
 de assistemus. Vale. Laurentiū fini nostrū iube sal  
 uere: & nos sibi offero & dñm Galganū pari mo  
 do: quia scribere oñibus nō possumus. Ex Roma  
 die. xxix. Decembris. M. cccc. lvi.

*Leonardus uolens.*

*Laurentius & Galganus.*

Neas Cardinalis Senensis: Petro Cardinali  
 sancti Marci. S.P.D. Refero grates huma  
 nitati tue: que se tam benigne obtulit in ma  
 teria camerariatus sacri collegii uoluntatem profe  
 cto suscipio. At cum intelligam id alteri officii de  
 beri. Supplico ne ulterius rem pmoueas: quia nul  
 li reuerendissimoz dominoz meoz uel grauis: ul  
 iniurius esse uolo. Maloq; paup amari q̄ diues odi  
 ri. Spero tamen tuo auxilio: & sanctissimi domini  
 nostri clementia: ita mihi aliquando prouisum iri:  
 ut honeste uitam traducere possim. Ex Vrbe. die

*pitrus Con  
 Simonis.*

uicesimanona Decembris. M. cccc. lvii.

*comes Jacobus Picinino.*  
Neas Cardinalis Senēsis comiti Jacobo Picinino. S. P. D. Illustri & Magnifice comes amice carissime: accepimus humanissimas litteras tuas quibus de promotione nostra ad Cardinalatum cōgratularis: offers officia & operas tuas ad beneplacita nostra: & teipsum nobis efficit cōmendatū: rogans ut negocia tua si quando requiramus gratiose fauore psequamur. Respondebimus breuiter homini arma tractanti: qui facta magis q̄ uerba requirit. De cōgratulatōe quā sincero ex animo prodire non ambigimus: gratias agimus idēq̄ pro tuis oblationibus dicimus: sentiētes nos p̄pterea tue magnificētie plurimū obligatos honori tuo & cōmodo: ubi per nos aliquid agendūz occurrat: bono animo fauebimus. Vellemus inter te & senēses eam uigere beniuolentiam que inter eos clareq̄ memorie genitorem tuū olim uiguit: sic enim liberiori & promptiori aīo & loqui & scribere & subservire aliter alteri ualerem⁹. Datū Rome die. xviii. Ianuarii. M. cccc. lvii.

*comes Miraballo.*  
Neas Cardinalis senensis Iohāni miraballo equiti Neapolitano. S. P. D. Non scripsimus tibi statim cum audiuimus dilectissimū tuū filiū mortē obiisse. Neq̄ enim consolari magnificētiā tuā poteramus ipsi consolationis egentes. Nil enim minus nos afflixit prudentis: & ornatissimi uiri raptus: q̄ te eius parentem. Quippe tu filiū mortem ut natura iubet: grauius & acerbe tulisti: nos & illius obitus & tuus meror nō mediocri dolore affecit. At nunc paululū ad nos reuersi: & hu



7  
manarū rerum cōditiones animo reuoluentes: arbi  
tratur te pro tua sapientia finem luctui posuisse:  
neq; uelle amplius angī sup his que mutari nō pos  
sunt. Oibus una conditio posita est tandem mori.  
Lex nature est imutabilis & ineuitabilis: que licet  
unū q̄ alterum serius apprehendat bonoꝝ tamen ui  
ro nunq̄ tempestiuor pudenda est: qui ex tenebris  
transit ad lucem: ex laboribus ad quietē: ex miseria  
ad felicitatē. Cum ergo filius tuus uitā mundā atq;  
optimā duxerit: congaudere illi debemus: qui terre  
na & transitoria pro celestibus atq; eternis bonis  
permutauit. Oram⁹ igit̄ ut questibus ac lachrimis  
modū ponens: & te & reliquos filios tuos hilarita  
tem sumens cōsoleris. Neq; enim nobis & ipsi pli  
tue quicq; gratius aut receptius prestare potes: quā  
tuam uitā cū iocunditate & leticia traducere: quod  
certe facies: cum cogitabis diuinam pietatem te do  
nis innumerabilibus cumulasse. Nam & uitam lō  
gam & opes amplissimas: & regum gratiā & sobo  
lein electissimā: & nomen bonū: & inter omēs Ita  
los atq; externos maximam reputationē. Deus ipse  
magnus ac misericors: cum sapientiā antea donas  
set: liberaliter elargitus est. Datum Rome die deci  
maoctaua Ianuarii. M. cccc. lvii.

Neas Cardinalis tituli sancte Sabine Episco  
pus Senensis magistratui Balie ciuitatis Senē  
sis. S. P. D. Decreuerat per hos dies sanctissi  
mus dominus noster certuz Oratorem suū ad uos  
transmittere qui uobiscum ad ea intēderet: pax ue  
stre ciuitatis & securitas libertatis ac regiminis ue  
stri soli dare posset. Et q̄tū ei⁹ mētē cape potuim⁹

9111

sua sanctitas non aliena esset ad certam uobiscum  
intelligentiam habendam: per quam & uestra erga eum de  
uotio: & sua in uos protectio confirmaret augere  
turque: ad quam rem etiam nos suam pietate; hortati  
sumus. Verum tamen ipse pontifex maximus: ne su  
us Orator de his frustra apud uos ageret: que res  
non esset apostolice sedi honorifica: atque ideo suspē  
dit eius missionem. Quod si uestre magnificentie ad  
hoc animate sint: cupiantque ueram & efficacem cum ip  
so summo pastore intelligentiam habere: id quoque  
nobis significauerint. Speramus ita efficere: que Ora  
tor predictus ad uos transmittat: & ad effectus hu  
iusmodi operas suas interponat. Nos autem aduer  
tentes animo: quantas superioribus diebus uestra  
respublica passa est calamitates: & ad ea sedulo in  
tendentes: per que uestrum regimen patrie nostre: ut  
quidem putamus saluberrimum confoueat & stabili  
atur. Nihil arbitramur utilius: quam hoc tempore ciui  
tatem uestram cum omnibus bonam amicitiam & uicina  
tem cum summo uero pontifice speciale habere intel  
ligentiam: qua ille uos ut filios tuetur: & uos eum ut pa  
trem reueneramini. Super qua re uestrum responsum  
preestolamur. Datum Rome die uigesima secunda:  
Ianuarii. M. cccc. lvi.

Neas Cardinalis Senensis Iohanni Bichio ci  
ui Senensi. S. P. D. Videbis que scribimus ma  
gistratum Balie cognita super illis & nobis re  
scribe. Nos salutem uestri regiminis in eo consiste  
re arbitramur: ut & cum uicinis omnibus bonam ami  
ciciam tenentes: cum summo pontifice specialem intelli  
gentiam habeatis. Etenim uos cum papa patre omnium



cōmuni specialiter colligatos nemo infestabat. De aliis aut̄ uestrū sit cogitare. p̄tērea nō habebūt locū rebelles uestri: unde quouis pacto uos offendant si pape iuncti eritis. Vex̄ hec agitari nullo pacto queunt: nisi res pecuniaria a uobis absoluat̄. suademus; t̄p̄: ne cum illo qui uobis libertatē futatus est: & in futurū tueri potest: & uult si uos uolueritis de pecunia modica cōtentatis. nos insuper scientes tibi cōmissa; eē expeditionē crediti nostri. cōmēdamus eā rem amico optimo & singulari: que; scimus nobis nō defuturū. Ex Roma die. xxii. Ianuarii. Mille/imo. cccc. lvii.

*Christophoro  
Gabrieli.*

Neas cardinalis Senensis Christofero Gabrieli ciui Senensi. S. P. D. Scribimus magistratui tui Balie aliqua: que credimus ad utilitatē reipublice pertinere: ea uidebis & intelliges. Scim⁹ magistratus uestros omnia melius per sese intelligere quā nos cogitare possimus. Tamen ut hii qui patrie nostre tenemur: cogitamus que credimus esse salubria eidē. Rogamus examines omnia & que uobis meliora uidētur nobis significes. Nos enim ubi uiderimus patrie nostre: & presenti eius regimini bene consulere nō deerimus. Insup̄ quia tibi cōmissa est & aliquibus aliis expeditio nostri crediti: petimus ut tanq̄ amicus noster: de quo plurimū cōfidimus: operas tuas impartiaris cum effectu ut nobis fiat satis: quia multis urgemur oneribus. Datū Rome. xxii. Ianuarii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senēsis Leonardo de Beneuolentibus ciui Senensi. S. P. D. Sepe loquuti sumus de republica Senēsi: fuitq; nostra si re/

Et meminimus sententia expediri ciuitati Senensi  
cum uicinis omnibus pacē habere: illisq; morem ge  
rere: ubi sine detrimēto magno id fieri posset. cum  
papa uero omniū cōmuni patre: amplius atq; am  
plius sese intelligere. Nam pape colligatos: nullus  
Italie potentatus uexare audebit. Secus autem si al  
terius principis: aut populi: uestra respublica fedē  
ribus implicetur. Perseueramus nos eo ipso in pro  
posito: atq; ideo dominis de Balia super ea re scri  
bimus: fac rogamus ut responsum detur. Namq; si  
uestros animos ad eā rem uolētes inuenerimus: ar  
bitramur rem salubrem procuratū iri ciuitati & pa  
trie nostre & potissime regimini p̄senti. aufereturq;  
uestris hostibus nocendi facultas. Verū de his dif  
ficile est aliquid tractare nisi res pecuniaria compo  
natur: & q̄ pape: & que piccinino debet: nec nobis:  
aut honorificum: aut utile uideat uestris magistrati  
bus cum eo de pecunia cōtendere: qui ciuitatē ipsaz  
uestraz de morte reuocauit ad uitam. De preposito  
tuo curabimus ea fieri que digna sunt. Iamq; capi  
tulo nostro scripsimus: responsumq; prestolamur.  
Datū Rome. xxii. Ianuarii. M. cccc. lvii.

Ne. is cardinalis Senēsis Scene de curte. S. P.

D. Expectauimus insignis eques post nostrā  
ad Cardinalatus assumptionem duos menses  
si forte aliquid nobis scriberes. Videbat enim no  
bis a te scribendi initium sumendū: ne gloriabūdi  
nouam dignitatem nobis creditam tibi significare  
uideremur. Nescimus quid factum sit: nulle ad nos  
tue littere allate sunt: nec de te quicq; audiui. Fa  
temur nos uictos esse silentio tuo: nec posse tūdiu

*ena de curte.*



tacere q̄d̄iu ipse taces. Fortasse tibi equius uideatur nos ante scribere debuisse: cedimus tibi: & ab optimo singularissimoq̄ amico non egre uincimur. Habeto igitur has litteras: quibus non promotionem nostram quā multorum cognouisti litteris: sed animū nostrum erga te illum esse scias: qui semper fuit. Amauimus te unice in episcopatu: amam⁹ & in cardinalatu non minus tu nosti naturā & morem nostros: non tumemus nouis honoribus: quos nobis oneri cognoscimus. Horremus cur̄ eo loco nos euectos cernimus: quē uiris clarissimis debitū intellegim⁹. Veremurq̄ ne gradus nostra uirtute altior ad ruinā nobis sit. Atq̄ ideo: si nunq̄ amicis eguimus: nunc potissime illoꝝ nobis copia necessaria ē. Et quoniam te ueracem & amantiſsimū experti sumus: nō possumus te pro ueteri cōsuetudine uō colere & obseruare. Cupimus idem erga nos te agere & eundem esse modō qui fuisti hactenus. Expectamus litteras tuas: quib⁹ de tua fortuna & tui principis .i. domini ducis optima ualitudine atq̄ felicitate certiores nos efficias. Gratū autē nobis fuerit: si nos ipsi dño duci cōmendaueris: & quāta sit nostra in eū deuotio demōstraueris. Etenim si q̄s principū est Italici nominis: cuius p̄speritati faueamus his unus est: cuius ingēti uirtute: & clarissimis reb⁹ gestis nostrū seculū illustrat. Habet ille in hac curia plurimos seruitores: nobis quidē circūspectiōe: doctrina: auctē prestantiores. At fide & affectu q̄ nos erga eum superet neminē: atq̄ hoc te illi nostro nomine dicere & affirmare optam⁹. Vale ex urbe Roma die tertia Februarii. M. cccc. lvii.



*Amicus frunt  
notarius colo  
niensis.*

Neas cardinalis Senensis Iohāni Frunt pro  
thonotario Coloniēsi S.P.D. Accepimus lit  
teras tuas quibus rem tue prepositure nobis  
efficis cōmendatam: amamus te & semper loco fra  
tris amauimus. nec modo de nostra mēte decidisti:  
nec decidere potes dū fruimur aura. Obtulimus pu  
curatori tuo nostras operas si qd erit quod ille ex  
nobis petierit. haut quaq̄ frustrabit: si mō res erit:  
que uires nostras non superet. Cupimus te uidere  
atq; amplecti aliquando si deus dederit: anteq̄ de  
hac luce migremur. Ex ueteribus enim ueris & so  
lidis amicis quos Basilee dileximus: pauci tecū sup  
sunt: & uita nostra instar rapidi fluminis abit. Nō  
possumus tenere lachrimas: cum prisce beniuolen  
tie nostre mentio incidit. Itaq; iam uale: & reueren  
dissimo domino Coloniensi cōmendatos nos effi  
ce: nam sui sumus. Tilmāno preposito sancti Flo  
rini & Iohanni polart nostro nomine salutes dicit  
to: simulq; Iohāni uindenrat. nosq; illis ad queuis  
beneplacita offero. Iterum uale. Ex Roma. die tre  
decima Februarii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Theodorico archi  
episcopo Coloniensi. S.P.D. Scio me semper  
carum atq; acceptū fuisse dignationi tue: post  
quā Germaniē incolui: ex quo tēpore iam quatuor  
& uiginti anni decurrerunt. Plurimā enī beneficia  
plurimosq; fauores impendisti mihi: sed non ualui  
rependere uicē. Quid enim ego uermiculus erga tā  
tum principē prestare poteram. nō fui tñ ingratus:  
Siquidē gratia solo etiā animo rependit. Colui ego  
dignationē tuā: amauī; obseruauī supra ceteros no

*Amicus  
polart  
uindenrat.*

*Theodorico  
episcopo  
coloniensi.*



stri seculi principes. & cum aliud nihil possem: no-  
 men tuum quo cūq; diuertebam: & si nō parib9 uir-  
 tuti tue: at saltem quibus poteram laudibus extolle-  
 bam. Nihil est quod ultra tunc principi de me opti-  
 me merito exhibere quirem. Nūc fortasse & si mi-  
 nimū est quod ualeo: aliquid tamen plus dignatio-  
 ni tue conferre quam prius licebit: quando cardina-  
 latus honorem nō meis ullis meritis: sed diuina pi-  
 etate & summi p̄sulis beneficentia sum cōsequutus  
 Atq; hoc est quod his litteris tue dignationi noti-  
 ficare libuit. Nam ego qui uis clericus & presby-  
 ter & episcopus fui: tuus quoq; cardinalis esse non  
 desinam. Vtatur me igit̄ dignatio tua: neq; mihi ul-  
 lo in tēpore: ullo in labore ignoscat. Nam tunc me  
 uiuere iuuabit: cum pro te tuis cōsanguineis & ami-  
 cis exercebor. Datū Romę die tredecima Februa-  
 riū. M. cccc. lviij.

Near cardinalis Senensis Nicolao anthonio  
 Petri Collensi. S. P. D. Tam iocunde fuerūt  
 nobis littere tue: quibus de suscepto cardina-  
 latus honore congratularis quā tibi gratam respō-  
 sione n̄ nostram esse confidimus nihil nobis dubiū  
 est: & Anthonio & tibi nostrum omne decus sum-  
 mopere acceptum esse Sed utinam dignitati satiffa-  
 cere possimus: & ita nobis deus agere uitam tribu-  
 at: ne minus quod nobis splēdori est: ex nobis pol-  
 luatur: quādo quidem impares sumus qui hoc gra-  
 di potiri debeam9: speramus si deus annuerit: esta-  
 te proxima patriam reuifere: tumq; & Anthonium  
 & te illic conuenire atq; amplecti quos amamus &  
 amabimus dum presenti fruemur aura.

*Nicolauis  
 minus petri  
 collensis.*

*in magis  
 collensis*

uera beniuolentia superuentu dignitatis auferit. Rogasti ut rescriberemus. fecimus non inuiti & manu propria: quod iam nobis perratum est: breue hanc epistolam exarauimus. sumus in scribendo breues: in loquendo longiores erimus. Vale: & noie nostro Anthonium ualere iubeto. Ex urbe die uicesima prima Februarii. M. cccc. lvii.

*orothea.*  
Neas Cardinalis Senensis Dorothee sancti moniali sorori sue consobrine. S. P. D. Carissima soror & filia in xpo amantissima letati sumus tuis litteris quas tua uice uidemus. Consolati nos uita tua deo ut confidimus accepta: perge & seruito deo: qui seruos sui regni consortes facit. Congratularis nobis p dignitate cardinalatus: nos graue pondus accepimus: & maius q̄ nostri queant humeri ferre. Tu ancilla dei fac quod dicis: roga pro nobis deum. Idem quoq; ut relique sorores tue faciant exhortare. nisi enim nobis diuina opituletur gratia: non est quod tantam ferre sarcinam ualeamus. confidimus in orationibus tuis: & aliarum personarum deo dedicatarum. priorissam tuam ut nostro nomine salutata reddas uolumus quam sanctam esse uirginem & matrem accepimus: & optime filias suas in monasterio gubernare: placet deo: placet ciuitati & nobis perseuerare omnes. Breuis est uita: & quis labor est inclusas esse: non sunt tamen passiones huius seculi: que modo comparari possunt ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis Gregorius Lollius frater tuus & noster nobiscum est: & bene habet: noli eius causa te ipsam afflicare. Bene uale ex Roma die. xxi Februarii. M. cccc. lvii.

*ingonius  
ollus.*



Neas Cardinalis Senensis magistratui Balie  
 Senensis. S. P. D. Retinimus caballarium ue  
 strum in hanc usq; diē: ut si possemus rei no  
 stre melius cōsuleremus: & circa negocia tritici: &  
 circa montē acutum: sed nō potuimus aliud obtine  
 re quā pridem: imo nescimus unde procedat. S. do  
 minus noster: qui prius ait uelle pecunias ex pascu  
 is proueniētēs conuerti in solutionē custodie castri  
 nunc mutatus est: neq; audire uult uerbū itaq; sicut  
 in aliis litteris uobis scripsimus: utile nobis uide  
 tur mitti huc aliquem oratorē laicū qui audacter  
 loqui possit. Nam sua sanctitas statim nos tacere iu  
 bet: cum de hac re loquimur: & dignū est nos obe  
 dire. Oratori uestro aliter eueniet: cui & nos asiste  
 mus. & pfecto quāto plus hec materia montis acu  
 ti differtur tāto peius est. Speramus si mittetis ora  
 torem: fortasse dominus de Vrsinis cōtentabit de  
 pascuis. Si tñ preueniat solutio eorum: alioquin de  
 bursa pape nihil extrahet. In mora periculū est mul  
 tis respectibus. uidebitis que scribit dñs noster in  
 breui suo: & tñ de pascuis mutātū est ut preferē: de  
 tritico nō est mirū si haberi nequit. Nā nec Perusi  
 ni subditi ecclie tractā ut petebāt habere potuerūt:  
 & Franciscus uenerio ob rē frumētariā male admi  
 nistratā in carcerem cōiectus est: itaq; desperata est  
 hmōi materia. Scripsimus nuper de dño Gregorio  
 facietis nobis rē gratissimā si eū absoluetis ab ipo  
 sitis sibi calūpniis: neq; enī dignū est: ut ad relatio  
 nē nefarii hoīs & in tortura loquētis: ac de audito  
 asserātis nō de uisu uir bone fame: doctor insignis  
 & ciuis non de ultimis dehonestetur. Cui si cetera

*Franciscus  
 noster*

deessent: illud sibi suffragari deberet q̄ noster fra-  
ter est & uiuit nobiscū: qui uestre reipublice nō uul-  
gariter seruiuimus: & in futurū: si uita comes fuerit  
possumus aliq̄n prodesse qđ fecimus: & faciemus  
omni tpe animo uolēti. Mittimus uobis quitatiā  
pape per suū breue nobis directū. & comitis Iaco-  
bi per publicū instrumētū: superest: ut de futuris so-  
lutionibus in tpe prouideatis. Datū Rome die .xxi  
Februariū. M. cccc. lviij.

*dominus  
vhs s. n. Ni-  
laj.*

Neas cardinalis Senensis Roderico Cardina-  
li sancti Nicolai. S. P. D. Terne iaz mihi red-  
dite sunt litere tue suo more suauissime: & ab  
amantissimo pectore p̄deutes. Prioribus respon-  
di nō ut debui sed ut potui. Quis enī tam euiscerate  
caritati satisfacere possit! Scio qđ debeo: facio qđ  
ualeo. Ad ultima scripta p̄pero nō repeto: que de  
beniuolētia ultro citroq; dici possent: meus animus  
tuus est: stabunt aliq̄n testimonia. nō uerba sed ope-  
ra. summo presuli non desino de carissimo sibi ne-  
pote cū se offert occasio loqui. Nec p̄tereo intactā  
cācellariā: nihil adhuc solidi est. manet ut arbitror  
alta mēte repostū cōsiliū. non oīa prodit senex q̄ fa-  
cturus est: cū negat tunc maxime cupit: nō cessabo  
cū licebit itey atq; itey perloqui. Fama hic est ua-  
casse ep̄atum Tullensem. Ep̄us eius loci monasteri-  
um cōmendatū habuit: cuius annuus ualor mille &  
quingentoy aureoy esse fertur: sub ditione ducis  
Borgundie: dñs noster id tibi cōmendatuy se ait.  
Rothomagēsis eius rei p̄motor fuit. Ex usu erit il-  
lī scribere & rogare eū ut rem pagat: qđ si feceris:  
noli me quoquo mō noīare: atq; hec secreta sint: ita



enī expedit. Intellexi que scribis de p̄sidatu Fabri  
 ani. Rogo ut uelis hortari ciues ei⁹ opidi: ut ex nūc  
 eligāt Bartholomeū massanū legū doctorez & affi  
 nē meū neptis mee uirū pro sex mēsis sequētib⁹  
 amicū magistri Simōis. electio solet enī fieri post  
 introitū potestatis noui intra duos mēses: itaq; uti  
 le fuerit p̄uenire. scio illos cōplacituros esse dignati  
 oni tue. Simus pontifex bene ualeat. Datarius ut fa  
 ma ē thesaurari⁹ creabit̄. & Bartholomeus regat⁹  
 prothonotarius dignitatē assequet̄ Cardinalis Pa  
 piēsis infra biduū aduēturus fert̄. de Neapolitano  
 nihil ē certū: cū rex ille nō oīno cū pietate ap̄lica cō  
 sonet. Florētini arbitrari dñi nostri sententia in de  
 cē octo milibus aureoz. dānati sunt dñis de Gāba  
 curtis ob certa que illis oppida abstulerunt. Nihil  
 plus noui est. cōmendamus nos tibi: cui seruiui pre  
 sto suz. Ex urbe. die. xxiiii. february. M. cccc. lvii.

Neas Cardinalis Senensis Francisco Ptolomeo.  
 S. P. D. Accepimus tuas litteras triplica  
 tas. ad priores respōdebimus quibus de loca  
 tione ep̄atus mirari uideris. Nihil est quod inde cō  
 mouearis. nos clero nostro nūquā fuimus onerosi  
 nec uolumus esse. Quippe qui plebē non modo cle  
 rum affectu colimus singulari: non disponemus ut  
 putamus de illo regimie ante aduentuz nostrum &  
 tunc faciemus ut bonum pastorem decet: qui oues  
 non cōmendat lupis. Placet quod fecisti cum clero.  
 sumusq; de ducentis ducatis cōtentissimi: sciētes in  
 opiam in qua estis. Placet quoq; differre ad tēpus  
 exactionē medie partis. Volumus ut nostro nomie  
 ipsi clero gratias agas: & dicas nos semper futuros

*Bartholomeus  
Massanus.*

*Bartholomeus  
reganus.*

*Gambacusa*

*Franciscus  
Ptolomeus*

ad ea que illis cōducant paratos. Miramur capitū  
lū in factō prepositi nō aliter de nobis q̄ scribat si  
dem habuisse: nec scimus an uelimus hoc onus iu-  
dicialē accipere & strepitū illū audire. cupimus Le-  
onardo beneuolēti hec ipse referas in re. Gregoriū  
laudamus diligētīā: tuā utq; cōtinues hortamur do-  
nec bonus assit exitus. Nam Gregorius ut uidim⁹  
ex copia citatiōis prorsus ē innocēs. Ait enī qui eū  
criminat Anno dñi. M. cccc. liiij. mēse Aprili locu-  
tū esse gregoriū cū aliquib⁹ in sancto desiderio. ite-  
rū eodē mēse paulopost fuisse in domo Gini & de  
Bellātibus. iterū eodē mēse paulopost fuisse: ut au-  
diuit accusator ipsum Gregoriū in domo oratoris  
ueneti: & ibi sc̄psisse cū alio Iacobo piccinio fides  
cū nō ponat dies mensis: rem p̄tendi uerisimiliter  
ad quintūdecimū uel uigesimū diē aprilis antequā  
scribereſ piccinino. at Gregorius quarta mēsis die  
ex Senis abiit ad regem Aragonū. accusator insu-  
per de audito loquitur. ista non coherēt. p̄ opterea  
uelis hominem innocentez iuare: & potissime no-  
stro intuitu: imo iussu. Tibi enim precipimus: ut p̄-  
latus tuus ne quo pacto hanc defensionem pretere-  
as. Scimus uiros magnificos Iohannem Guccii: &  
Franciscum Lucium: & Cristoforum nannis ami-  
cos esse nostros: nobiscq; fauere: hos atq; alios adi-  
to: & cura hanc causam pro nostro desiderio termi-  
nari. quādoquidē nos semper ad ea tendimus: que  
sunt illi regimini utilia & honorifica. Vale ex Ro-  
ma die uicesimatertia Februarii. Millesimo. cccc.  
lvij. De nepte nostra dicit: cum parentibus nos ma-  
nus lauimus.

*scimus  
in Bulla nō habet*

*omnes Guccii  
Franciscus Lucius  
Cristoforus nannis  
omnes nannis*



Neas cardinalis Senensis Bartholomeo maf-  
 fano. S.P.D. Intelligimus eximie doctor &  
 fili noster amantissime que ad nos scribis de  
 fratre nostro Gregorio nō tuo ex iudicio produisse  
 sed aliam quēpiam ut ad nos ea scriberes suafisse.  
 Respondebimus tamē tibi breuiter Gregoriū nos  
 iniuste damnatū nō arbitramur modo sed scimus.  
 Si tamē pena ea esset que tollerari ab eo posset sua  
 deremus collū submitteret: & fortune nouercāti ce-  
 deret. S3 quid tibi uideat ducētos aureos soluere &  
 in uiginti annos relegari: quo argēto Papiā Grego-  
 rius petat uir omni aere uacuis: & nihilominus au-  
 ro mulctatus faciet ille quod sibi libuerit. Nos im-  
 possibilis non suadebimus. Quod si patria nobis  
 idcirco indignabitur: si populi Senenses fauore pri-  
 uabit: si maledictis & obprobriis subiiciemur. non  
 erit hoc primum. sufficit nobis conscientia nostra:  
 scimus indigna nos esse passuros: & id quidem ue-  
 rum est. Omnes qui pie ac iuste uiuere uolūt: perse-  
 cutionē patiunt. Seruimus hactenus patrie ma-  
 gnis in reb9 & fideliter & utiliter. nō meremur hec  
 pnia fratrem nostrū in domo nostra manētē uiz bo-  
 num atq; innocentissimū de republica optime me-  
 ritū tā atroci sentētia opprimi. Putabamus etiā si  
 noxius idem fuisset: ob nostra tamen in patriā me-  
 rita: eundē in nobis cōdonari. & tu bone uir times  
 ne popularem auram & plebis rumusculos amitta-  
 mus. utent arbitrio suo Seneses: nunq; in nobis cau-  
 sam inuenient cur nos oderint: si Gregorius ius su-  
 um apud Romanū presulez prosequetur: & auxiliū  
 petet: oppressus uir est: etatem habet: pro se respon-

debit. Nos nihil mali eū agere arbitramur: qui iudiciali uia suā innocentia ostendere conat̃. Scripsimus Balie & ciuibus pluribus nihil ualuere preces nostre: patimur: nec p̃pterea populo indignamur. At si pplus cōtra nos ipse monet: deus inter nos diiudicabit. tu ut uideris senis: perseuerare uis. p̃cul a proposito de quo olim locuti sumus ut ad Stefanū scribis. uincat tuus sensus: & tibi habe delicias Senēses. nos Rome etiā sine te tuisq; uiuemus. Nunc proficiscit̃ ad uos ep̃us Reatinus Legatus pape: uibe eū in domo nostra recipi & sibi cūctā ministrari pro personis ac iumētis duz ibi m̃aserit. Vale ex Roma die quarta marci. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Lodrisio Cribello

Mediolanensi. S. P. D. Accepimus carmē tu

um Lodrisi nobis amantissime non sine ani

mi siugulari uoluptate: quā nobis plura tribuis q̃ debita sunt. scimus imperfectū nostruz & q̃ procul ab eo sumus homine quē describis. nō ignoramus.

At si peccare erga nos aliquē oportet: malim⁹ laudando q̃ uituperando metas ab illo transgredi. Fecisti quod amātes consueuere: dixisti de nobis non mō que sciebas: uerū etiam que uoluisses esse uera.

Permittimus omīa dilectioni tue. nesciebamus ante hos dies: ubi locoꝝ esses: uel que te fortuna tene

ret nūc certiorati sumus: & tuis scriptis: & ducalis oratoris uerbis esse te optimo loco apud illustrissimū & magnanimū ducē Mediolani: ab eoq; diligi

id est supra modū nobis gratissimū. Videmus enīz tue uirtuti quā semper magnificemus: sūm loc m esse tributū. dignus est ille cui seruias. Naz cui hoc

*Lodrisius  
Cribellus.*



tempore honestius famuleris: q̄ ei qui totius Italie  
 splendor esse: & singulare decus oīum iudicio existi-  
 matur. Perge oramus: & illi ut tua probitas te hor-  
 tā̄ indefesse tuos prebe labores. Neq; enim sinet il-  
 le tuam uirtutē iacere. Cum aut̄ facultas aderit nos  
 illius excellentie cōmēdatos efficies: qui pro singu-  
 lari munere feremus. Si quando aliquid accidat: in  
 quo sibi seruire ac prodesse possumus. Vale ex Ro-  
 ma die. xxvi. Februarii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Bartholomeo p̄cu-  
 ratori suo. S. P. D. Venit in presentiaz ad ci-  
 uitatē Senensem Reuerēdus pater dñs Ange-  
 lus Ep̄us Reatinus sanctissimi dñi nostri Legatus  
 pro nōnullis rebus arduis: & inter cetera etiam de  
 Gregorio nostro uerba faciet. Volumus igit̄ ut eū  
 in domo nostra recipias: sibiq; & familie sue iumē-  
 tisq; honestas: ac decentes ministrare studeas expē-  
 sas dum ibi manserit: & ita te secum habeas & cu;3  
 suis: ut in reditu eius optimā de te relationem habe-  
 amus. Tu quoq; & uicarius noster sibi in agendis  
 assistetis: ita tñ ut non meticolose ut soletis: sed ar-  
 denti animo & audaci mente causaz que iustissima  
 est Gregorii tueamini: & ita nostro nomine ipsi ui-  
 cario dices. Scripturas insuper de quibus scripsisti  
 nostras per ipsum episcopū ad nos remittere pote-  
 ris: cogitauimus de tritico fouicille utile uidetur: id  
 adhuc nō alienari: nisi aliud scripserimus: & ita illi  
 presbytero iubebis. Datum Rome die quarta mar-  
 cii. M. cccc. lvii.

*Angelus &  
 Reatinus  
 legatus papae*

Neas cardinalis Senensis Lodouico cardina-  
 li sanctoꝝ quatuor coronatoꝝ legato Bono

*Lodouico  
 cardinalis  
 legato*

nie. S. P. D. Nihil scripsi. R. paternitati tue ab ea die qua hinc recessisti usq; nunc. Nihil eniz erat scriptione dignū. Fuit tamē animus meus erga dignationē tuam semper intētus: memorq; suauissime cōuersationis nostrae. Nec modo quicq; est quod magnopere memorādū sit: sed uincendum fuit silentiū: ne taciturnitas affectionē diminutam significaret: cupio nosse q̄ sint tue. R. D. successus: neq; ego quicq; audiam libentius q̄ pro uoto cuncta tibi succedere. Hinc quod scribam nihil aliud est sanctissimū dominū nostrū bene optimeq; ualere: & reipublice pro sua cōsuetudine utiliter pesse. Si qua sunt in quibus dignationi tue aut suis utilitate esse possent. Cupio pro imperio tuo me utaris ad mādata paratissimo amicū Ambrosii nostri Spanochii digneris cōmendatū habere: quia ambō tui sunt. nec plura. Cōmendo me iterū atq; iterum tibi. Ex Roma die septima Martii. M. cccc. lviij.

Neas Cardinalis Senensis magistratū Balie Senēsis S. P. D. Que de Iacobo piccinino scribitis accepimus etiā aliunde: sed absq; fundamento. Neq; putauimus dignā rem esse quā scribe remus. Nunc quoq; nō arbitramur futurū hoc ipsum: sed accepimus aliquos ex comitiua illius uēturos in auxiliū comitis Auerfi contra Vrsinos quā primū herba uireat Pazalia: & nescimus quis alius peditum ductores. Multi sunt dies: cassi sunt non a capitaneo: sed ab ipso domino nostro: cui nimis multa peterent: an hi sint qui cum Luca sclauo territorii uestrum innadere conentur ignoramus. uti le est oportune prouidere: & reipublice bene consu

*Ambrosius Spanochius*

*Luca sclauus*



lere. Nos papā alloquemur ut petitis: & responsus significabimus. Gaudemus de aduentu Leonardi oratoris uestri: quē uirum & solertē & circūspectū nouimus utilis erit eius mora in hoc loco. De Gregorio nostro lōge aliter q̄ uos sentimus. Nō enim misericorditer: sed seuerē & dure secuz egistis. Nec satis facit quod dicitis menses datū ad purgationē si qui se uelint innocētes ostēdere: nisi id fieret ī loco tuto. Videbimus tñ quō respondebitis oratori aplico: & si quid ualēt dicta pape & preces nostre. Datū Rome octaua marci. M. cccc. lviij.

Neas cardinalis Senēsis sacre imperiali maiestati S. P. D. Reuertit̄ ad maiestātē tuā uir bonus & honore dign⁹ Hēricus senstlebbē: sublimitati tue & impio sacro deditissimus: mihi autē singularis amicus: & qui iussu tuo p̄motionē meā magna fide: exacta diligētia: singulari prudētia p̄sequutus est. Nō est cur eū tuo culmini cōmendē quē scio ap̄tissimū. Is referet que apud nos agunt̄ oīnia: ex uero habet in mandatis hortari serenitatē tuā in expeditionē contra Thurcos. persuadeo mihi eā rem tue glorie persuasam esse. Nam profecto nihil est: qd̄ nomini tuo auctoritatēq; augustali magis conueniat q̄ pro defensione catholice fidei & xp̄iana salute arma & scutum sumere: cum omnes in tuā maiestātē oculos ita intentos habeant: ut ea proficiscēte profecturi: ea quiescētē quieturi uideant̄. Scribo hec p̄ fide: qua tuo solio suz astrict⁹ nihil hesitans: oīa in partē recipi meliorē. Verū serenissime cesar cū ego tuo mūere ad cardinalat⁹ honorē assumpt⁹ sum: nihilq; magis mihi in hoc officio incūbat q̄ ea

*Horreus  
feliciter.*

gerere que putem glorie tue conducere. Reliquū est  
ut de meo statu cogitare digneris: ut habeam unde  
uiuam. Nam ego hactenus satis fui diues. & quāq̄  
pauca possidebam: erant tñ illa dignitati mee suffi  
ciētia. Nunc uero pauperrimus sum: & iam primū  
quid sit miseria experior. Tua sublimitas absq̄ dā  
no suo inopie mee consulere potest: si patiet aliqua  
beneficia ex suis territoriis me impetrare: quemad  
modū prefatus Henricus latius mansuetudinē tuā  
alloquet̄: cui precor in his que meo nomie dixerit:  
plenā digneris fidem & benignas aures adhibere.  
Ex Roma die. viii. marcii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohanni cardinali  
sancti angeli. S. P. D. Persuauēs & ut optauī  
lōgas epistolas tuas accepi redditas Bude du  
odecima Ianuarii die. Cognoui que scribis de con  
flictu turchoy illum scilicet nō sine cura & diligē  
tia tua diuinitus datum. Nec ego secus arbitrabar  
quīs scripserim dignationē tuam meaz opinionem  
egre ferre: quod ubi gesta res est non interfuisti. nō  
est q̄ is addam aliquid. Doleo obiisse xpiani exer  
citus ducem Iohannē uainodā: siue ut aiunt huma  
tem. Nam morte illius spes quoq̄ nostra interiisse  
uidetur. Nil enim reliqui xpianoꝝ principes cogi  
tare uident̄. nemo ponit pro salute nostra manum  
Pontifex maximus clamat & non audit̄. minat̄ &  
non timet̄. & quod sua beatitudo potest: non suffi  
cit tante bellorū mole. Rex portugalie aduenturus  
fertur: sed timeo ne alioꝝ desidia illius diligentiaz  
impediat. Quid enim solus agat ex ultimis terray  
& occidentis finibus in Greciam Asiamq̄ p̄fectu

annus. con  
n. Angoli.

annis. con  
da. mors.



rūs: nisi datis operamur ut theutones bohemi hungari cōmuni animo copias parent. Non intelligo quid alii acturi sint. hec dixi patri optimo. Papien sis cardinalis ex almania decretacq̄ sibi puincia reuerfus ait: Theutones ad expeditionē inclinatos esse sua opera: sed modo cōuentus agere permittant: sine cōuentibus nihil putat eos acturos: Cardinalis Neapolitanus propediē ingressurus cum rege Aragonū: nō est ea sinceritas quā nostra negocia requirerent. Ex Francia multa referunt que mihi p̄ nugis sunt. Rex uester Castelle in Granatensi ductur⁹ copias dicit. patit̄ & decimas & indulgentias in suis regnis predicari: medietatē pecuniarū inde prouenientiū: sibi in id bellum recipit. alteram medietatē contra thurcos papa largit̄ domino. S. Marci Cardinali cōmissum est: ut de uacatione ecclesie Pragē si se informet ut illi preficiat̄ in archiep̄um Datarius pape. Hec habe ex nobis: & dilige tuū Eneaz ut soles. tuam omnē familiā cū dignatiōe tua optime cupio ualere. Ex urbe die octaua Marcii. Millefimo. cccc. lvii.

*papiensis*  
*card. Neapolitanus.*  
*de cōmuni ut in gomb.*  
*Car. 5. Na. ecclesia prag.*  
*Datarius p.*

Neas cardinalis Senensis Vlrico epo Gurcēsi. S. P. D. Reuertit̄ ad te Henricus Senstlebē utriusq̄ nostrū amicissimus: non est cur multa scribamus: ipse nostra erit epistola: qui nouit animi nostri secreta. Qui fuimus olim erga te: illi iudē semp̄ erimus: nec obliuiscemur: ne q̄ suauissime cōsuetudinis nostre. Nec imemores erimus tuorum erga nos meritorū: cupimus si qua sunt que tibi grata possimus facere: ne nobis ignoscas. Confide in hac curia: nullum habes qui maiori affectu tua ne

*Vlricus ep. Gurcensis.*

gocia sit acturus q̄ nos: quibus plurimi sunt tui amā-  
tes qui plura q̄ nos possunt. Sed quid agimus: iniu-  
riam Henrico facimus: dum tot scribimus: ipsi om-  
nia cōmittimus. Illud tantū addimus: ut nos diuo  
cesari & modo & semper cōmendare uelis cui om-  
nia debemus: cum ab eo omnia habeamus. Datum  
Rome die. x. marcii. M. cccc. lvii.

Neas Senēsis diue Leonore impatrici Salutē  
plurimā dicit. Nihil ē serenissima augusta qd̄  
nūc aliud uelim: nisi māfuetudinē tuā bene ua-  
lere & pro suo desiderio felicitate potiri. Ego q̄ cō-  
sortis tui diui Cesaris rogatibus ad cardinalatū nil  
meritus sum uocatus. Debeo tanti doni tantiq̄ bo-  
ni omni tpe memoriā tenere: & ita facio quidē: atq̄  
idcirco & sibi & tibi sepius scripsi: & nunc scribo:  
scribamq̄ frequēter: ut opera mea tanq̄ fidelissimi  
mancipii oibus in rebus utamini. Nam tūc me bea-  
tū existimabo: cū uestris in negociis exercebor: nil  
aliud his litteris uolui. cōmēdo me sublimitati tue:  
quā diuina pietas conseruet ad uota feliciter obse-  
cro. Ex urbe Roma die. x. marcii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senēsis Iohāni ungnadio im-  
periali camerario. S. P. D. Reuertit̄ ad cesareꝝ  
uenerabilis uir Hēricus senftlebē: cui papa nō  
nulla cōmisit cesareo culmini referēda sup̄ expedi-  
tione cōtra turcos ducēda uelis suadere cesari: ut cir-  
ca rē illā animū intendat suū: qm̄ ita glorie sue com-  
petit. Omēs enī in suā maiestātē oculos direxere: &  
nisi sua maiestas aliquid agat: timendū est ne xp̄ia-  
ni plaga magna affligant̄. insup̄ aliqua nostro noīe  
dicet tibi idē Hēricus: uelis ei benignas aures & fa-

diuus cesar.

ina honora.

diuus ungnadio  
imperialis camerarius  
diuus.



uores ut speramus gratos impartiri. Datum in Roma die .x. marcii .M. cccc. lviii.

*Joannes Nis  
Astrologus  
Dobromir  
pragensis  
clericus.*

Neas cardinalis Senēsis Iohanni nihili astro nomo bohemiō .S. P. D. Ex Henrico senftleben intelliges que apud nos agunt & quid ro ra somniet in ecclesia Pragēsi: & que de tua dispen satione acta sunt: nos tui cōmodi semp erimus aū di eque ac tuipse: perge & nos ama ut soles. si quid Henricus nostro nomine ex te petierit assiste sibi & facito pro nobis ut consueuisti. Vale ex Roma die .x. marcii .M. cccc. lviii.

Neas Cardinalis Senēsis Dionisio cardinali Strigoniēsi .S. P. D. Que fuerit mens mea: q̄s ante hac animus erga te nō ignoras. Nā sem per dignationē tuaz optimi patris & benignissimi dñi loco ueneratus sum: ita enī tua bonitas mereba tur: uerū si unq̄ tuus fui: uel filius: uel seruus. nūc potissimū id me prestare oportet: quādo ad eum ordi nē sine meritis sum uocatus: in quo tu iure optimo iam dudū sedes: placuit aplice pietati me cardinali um collegio nil merentē aggregare. sentio quantuz & tue dignatōi & ceteris reuerēdissimis patrib9 de beo. Precor igit̄ meā uoluntatē amplectaris: & me ueterē seruitorē iam factā nouū mancipiū tuū intel ligas: imperes mihi omni tēpore: si quid est in quo tibi obsequi possim. nā mihi uoluptas erit quotiēs uidero in tuis aut amicoꝝ tuoz negociis me posse exercere. cupio insup serenissimo regi & dño cōi a/ liqn̄ me cōmēdes: ut sit memor sua maiestas antiq̄ deuotiōis & fidei erga se mee: quia oibus meis scri ptis & uerbis ubicūq; fui ius suū in regno Hunga

*Dionysius  
Carlis &  
Strigoniensis*

rie contra Polones tueri sum conatus. Valeat opti-  
me dignatio tua: cui me humillime commendo. Ex  
Roma die. x. marcii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senēsis Nicolao liscio. S. P.

*calaus liscius.*  
D. Gratissime fuerunt nobis littere tue quas  
de nece comitis Cilie ad nos scripsisti: nō qđ  
mors illius nos letificaret: neq; enim alicuius malo  
gaudemus: sed qđ rem gestā ex ordine narraſti: quā  
prius confusam acceperamus. Ecce qđ uana est hu-  
ius seculi pompa: qđ caduca gloria: qđ breuis potētia  
Cecidit qui suo nutu maxima regna rexit. at qđ fan-  
guinē sitiuit: in sanguine periit. Percussit gladio ali-  
os: & ipse gladio percussus interiit: non potest ueri-  
tas nostra mentiri que ait: Gladio ferientes: gladio  
perituros. Sed ignoscat illius anime deus: & regno  
Hungarie cōsulat ne discidiis agiteſ. Scribimus p̄  
*scopius.*  
copio aliqua de archiep̄atu Pragenſi: fac ut ipse ad  
nos rescribat: res enim in periculo est. Insuper cupi-  
mus des operam ut regia maieſtas. S. dño nostro:  
& sacro collegio ne nostra promotiōe gratias agat  
qđ ad suas preces nos extuleriat. Cupimus etiā ad-  
uertat: ut quando scribit de negociis hūgaricis do-  
mino nostro & cardinalibus: ita efficiat: ut uidea-  
mur qđ sumus ipsi scilicet regi esse affectissimi. Nā  
sunt quidam qui nos superare uelle nituntur: tanq̄  
magis regii sint qđ nos. Putamus tamen suam maie-  
statem non esse oblitā nostre erga se deuotionis ac  
fidelitatis: & eorū que sibi puero scripsim⁹. & quo-  
modo cōtra Polonos omni tempore ius suū defen-  
dimus: impar fuerit: si noui recenteq; locuz nostrū  
inuaſerint. hec rogamus agites cum reuerēdissimis



dominis nostris Strigoniēsi cardinali: & episcopo  
Varadiēsi quibus nos cōmendatos reddas. Vale  
in ecclesia Colocenſi fecimus quecūq; potuimus: ut  
plane referre poterit nuncius ad cām missus. Iterū  
uale ex Roma die .x. marcii. M. cccc. lvii.

*episcopus  
radimſis  
colocensis  
et  
sia.*

Neas cardinalis Senenſis Procopio cancella  
rio Bohemie .S.P.D. Perrare sunt littere ad  
nos tue: uellemus frequentius scriberes qui te  
unice amam⁹: & tuas epistolae ueluti apollinis ora  
cula ducimus. Scripsimus tibi quid egerimus in re  
bohémica: neq; abs te responsuz habemus: Interea  
tuus roratus homo multiuolus & magniuolus ex  
Bohemia pcurauit afferri postulationē: ac Pragenſem  
ecclesiā cuiusdā datarii aplīci boni quide; uiri:  
sed cathelani: & sermonis bohémici prorsus ignari  
postulatione; attulit Lucas tibi notus monachus:  
quē Luterſasum appellare soles: impediuimus huc  
uſq; promotionē huius rei: ne rei nostre nocumētū  
inferret: timemus ne diutius impedire possimus. nā  
datarius plurimos fauētes habet: & roratus die no  
ctūq; hos atq; illos addit. Suadens nihil regno esse  
utilius quā promotionē hanc fieri uelis: de his & re  
gem & gubernatorē cōmonefacere: ut sciāt quibus  
in terminis res sunt: & an ista placeāt eis: nos certi  
ores facito. Nam regi & regno uestro finire presto  
sumus. Cupim⁹ des operā: ut rex de nostra pmoti  
one summo pōtifici & sacro collegio gratias agat:  
idq; quā primū & quotiens aliquid emergit ut no  
bis scribañ: quia maiestati sue semp erimus ad ser  
uiendū proni & uolūtarii. Ex Roma die .x. marcii.  
M. cccc. lvii.

*procopii  
Cancellari  
us Bozmi*

*Varadiensis episcopus*

Neas cardinalis Senensis Iohāni Varadiensi  
episcopo. S. P. D. Scripsimus nuper de nostra  
ad cardinalatū assumptione quā tua p̄motio  
ne factā non ambigimus: quantū tibi teneamur: id  
etiam tum diximus nō est cur mō dicta repetamus  
Nos in hac dignitate cōstituti quantū Hūgarie re/  
gno: quantū regie persone: quantū dignatiōi tue de/  
beamus ante oculos semp habebimus: tuū erit ope  
ra uoluntarii hominis uti: nobis in tuis negociis ex  
erceri uoluptas est. interea rogamus regine sublimi  
tati nos cōmendes: suadeasq; ut de nostra p̄motio/  
ne summo pontifici & sacro collegio gratias agat:  
cū pro nobis sepius scripserit. Vale optie: & nos ut  
soles ama. Nā nos dignationē tuā uti patrem coliz/  
mus & obseruamus. Ex urbe Roma die. xi. marcii  
M. cccc. lvii.

*distans floren-*  
*antia et Bohem-*  
*ia.*

Neas cardinalis Senēsis Ladislao hūgarie at  
q; Bohemie regi serenissimo. S. P. D. Nōnul  
la meo noīe referet maiestati tue hēricus senst  
leben decanus Vratislauiensis que cōcernunt partim  
regnū tuū Bohemie: partim meipsum. Rogo ut illi  
plenam credentie fidem prestare digneris: & in agē  
dis eum fauorē quem de tua sublimitate mihi per/  
suadeo. Postremo meipm regie māsuētudini & de/  
do & cōmendo. ex Roma die. x. marcii. Milesimo  
cccc. lvii.

*omnes Insuper*  
*Pravincus.*

Neas cardinalis Senēsis Iohāni troster theu/  
tonico. S. P. D. Ingrata est nobis eque ac tibi  
que te fortuna exagitat. Vellemus tibi quietū  
esse locum: in quo tibi & musis uiuere posses & ali  
quando nobis. nūc tamen q; apud archiep̄m Salty



burgensem diuertisti: speramus rem tuam meliore;  
 futuram. Neq; enim ille est: qui suos amicos iacere  
 sinat: dabitur tue uirtuti premiũ: & tenebras aliquã  
 do sequetur lux: cupimus ipsi archiepiscopo comẽ;  
 datos nos efficias: & offeras quecũq; possumus ad  
 ei9 nutũ esse parata. Tu uero quid uides posse nos  
 tibi prestare: scio id facile obtentu esse: & persuade  
 tibi te nobis esse carissimũ. Iohannẽ quoq; lanter;  
 bacensem nostro noĩe saluũ esse iubeto. Ex Roma  
 die .xi. marci. M. cccc. lvii.

*Ioannis lan*  
*bacensis.*  
  
*Bartholom*  
*factus.*

Neas cardinalis Senẽsis Bartholomeo factio  
 Genuensi. Salutẽ plurimã dicit. Locundissime  
 fuerunt nobis littere tue: quibus amicitiaz in  
 ter nos Neapoli contractaz ex tuo latere affirmas:  
 inconcussam solidamq; permanere idem tibi psua  
 deas uolumus ex nostra parte fieri. Neq; enim nos  
 sumus: qui more adolescẽtuloꝝ nunc amemus; nũc  
 odio habeamus. non sumus in cõtrahenda beniuo  
 lentia faciles. at neq; postq̃ contracta est: illam leui  
 ter dissoluimus. Dileximus te: postq̃ nominis quã  
 ti esset neq; decepti sumus in eo quod de te iudiciũ  
 fecimus: itaq; par est amorem erga te nostrum duz  
 uixerimus daturum: quando & tua uirtus te mini  
 me relictura est. Quod scribis in eo quem de uiris  
 illustribus: qui nostri composuisti libro: datum no  
 bis esse locum non meritis nostris: sed tue caritati  
 ascribimus. Et in hoc quidem fatemur imbecilli  
 tatem nostram: nõ tam inuiti supra meritũ lauda  
 mur quã uituperamur. Ita enim natura comparatũ  
 est: ut nulli laus onerosa uideatur: nos eũ librũ cum  
 uolueris cupide uidebimus: legemusq; nũc quod ti

*liber de uir*  
*illustribus*

bi aliud scribamus nihil se offert. cupimus Antho-  
niū Panormithā illustrē poetam & Matheū malfe-  
ritū iuriconsultū egregiū: & si quādo candidū ora-  
torē prestabilē offenderis nostro noīe saluos dicas  
Carissimum quocq; fuerit: si quādo maiestati regie  
nos cōmendaueris: quā pre ceteris nostri seculi po-  
testatibus & ueneramur & colimus. Ex Vrbe Ro-  
ma die. xxv. marci. M. cccc. lviij.

Neas Cardinalis Senensis Ludouico Putio  
magistro de Montefio. S. P. D. Quamuis &  
mlto sermōe & litteris hispanicis ad nos scri-  
bis: plurimū tamen oblectant nos littere tue. Mul-  
tū enim salis in illis: multū beniuolētie ad nos ostē-  
ditur. Scimus nos amari a te: & id quidē nobis est  
iocundissimū. Diligimur enim a magno: & proba-  
to uiro: & ab eo ipso quem nos pro sua ingenti uir-  
tute: proq; suis in nos meritis & amamus & obser-  
uamus unice: quod refers de caritate erga nos regia  
quīs responso egeat: responsum tamen nō inuenit.  
Nam quid nos uermiculi dicamus: cur tanti regis  
gratiam adepti sumus. superat hec nō uerba solum  
uerū etiā cogitationes. Vtinam possumus aliquādo  
una saltē in re monstrare: quantū nos illi excellētis-  
simo regi debere fateamur. Verū cum sciamus nihil  
esse in nobis: cur ab eo culmine diligamur. Petim⁹  
rogamusq;: ut tu hanc nobis gratiā conseruare stu-  
deas: & si enim indigni sumus: quos primus nostri  
seculi rex amet. Nollemus tñ nō amari & tantū bo-  
nū perdere: qđ suades eius maiestati sepius scriba-  
mus: parebimus cōsilio tuo: & nunc quidē cum his  
litteras nostras habebis: quas regie mansuetudini

*Domicus putius  
magister de Montefio  
sio.*



nostro nomine restituas: eicq; nos & cōmendes simul  
& des. Nam mancipii loco nos semp habebit. Ne-  
poti tuo nobili & modestissimo uiro: quotiens ab  
eo requisiti fuerimus: nunquā deerimus: nec minus  
eius curiosi erimus q̄ tuipse. Vale optime ex Vrbe  
Roma die .xxv. marcii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Alfonso Aragonū  
regi Salutē plurimā dicit. Si maiestati tue ra-  
rius scribo: nihil obsecro uel negligētie: uel ad-  
uerse uoluntati ascribatur. Cupio siquidē frequen-  
tes litteras meas in manus tuas dari Nam sic potif-  
sime memoriā mei tua mansuetudo tenacius apud  
se haberet: uerū materia quam scribere uellem non  
occurrit: que occurrit scribere nolo. Neq; enim tu-  
tum est omnia mādare litteris: & hoc presertim tē-  
pore: quādo nec qui recte incēdūt suspitione carēt:  
Ceterūz que hac in curia geruntur sunt complures:  
qui tue sublimitati ea cōscribunt. & illi quidē mul-  
to plura & secretiora q̄ ego nouerunt de germania:  
tantū est sicut arbitror quod emulante nullo signi-  
ficare possim. Curabo igitur: quotiens illis ex regi-  
onibus ad me aliqua referant̄ notatu digna: ne per  
me tuam maiestatem lateant: nunc uero que habeam  
paucis explicabo. Vlricum Cilie comitem apud al-  
bam grecam: quam uocant: aliā albam occisum iaz  
pridem accepisti. hoc opidum nostri Belgradū uo-  
citant. apud ueteres Thaurinū dictuz inuenio. qui  
Sañum fluiuiū misceri Danubio apud Thaurinum  
tradunt: in quo loco nunc Belgradū iacere constat  
occiforem comitis. Non est ambigū Ladisslaum  
fuisse filium Iohānis humatis eius: qui sepe turcos

*Alfonso Aragonum*

*Belgradum Thaurinum*

debellauit: & hoc anno superbiam mahumetis apud eundem locum confregit. Creditum est non minus filiorum profuisse reipublice christiane in occasione comitis quam patrem in profligatione mahumetis: cum Mahumetes & comes hostes religionis essent: ille exter- nus: iste domesticus. Memorabilis hic annus est: quo Turci debellati sunt & magnus comes magni regis gubernator obtruncatus comes: qui uisus hoc anno est opinioni que de se fuit: abunde satisfecit. apud Thaurinum namque que dicta sunt patrauit: terram in regno tuo supra quam auditum antea fit horribiliter mouit. In plerisque ciuitatibus seditionem excitauit: maxime apud Senam urbem: unde non parua ciuium pars exclusa est. Pestis in multis locis de- bachata magnam populi partem: & presertim in hungaria deleuit. Caritas annonae non Italiam modo sed Germaniam Greciam: & orientis plurimas regiones afflixit. Sed maiora sunt que uel astrologorum periti: uel uates timendam predicant: quos ut deus ipse mendaces arguat optandum est. Sed ut ad Germaniam redeam morte comitis apud austriam cognita: non parua de hereditate eius controuersia suborta est: que fuerunt illi bona sub corona hungarie: ad regem Ladislaum sine contentione pertinent: que sub imperio iacet multi pertinere. Alii ab intestato: alii ex testamento heredes se dicunt: ut Albertus & Sigismundus Austriae duces: tum Michael comes Madegurgensis: & Vlrici comitis Garicie filii. Sed potissimum ius ad imperatorem spectare uisum est. concilium prelatorum baronumque & ciuitatum Styrie Carinthie Carnioleque: & Marchie Sclauonice haberi placuit apud Grezi

*Turci de bellan.*

*his .  
uitas annonae.*

*Astrologorum periti.*



um Baioaricū: in eo auditi omnes sunt: qui comitis  
 Ciliensis hereditatē pertinere. Deniq; diffinitū est:  
 oppida: castella: arcesq; que comitis Cilie sub impe-  
 rio fuissent: in manu imperatoris tradi. Tū si quis  
 ius in illis sibi cōpetere dixerit: ab eo petendū esse:  
 Atq; hoc pacto prefecti urbiū locorūq; quorūcūq;  
 possessionē imperatori tradidere. Itaq; multo meli-  
 or hodie cesaris cōditio est q̄ pridē fuit: q̄n non ab  
 hoste solū liberatus est pessimo: sed que fuerunt il-  
 li vires sibi accesserunt. Hec uolui scribere serenita-  
 ti tue haud ignarus: cuncta ei esse gratissima: q̄ ad  
 gloriā cesaree maiestatis cedūt. Imperatrix ipsa au-  
 gusta optime ualet: de apparatu cōtra turcos in hū-  
 garia: cū nihil certi habeā: nihil scribo. Sanctissim⁹  
 tamē dñs noster & Germanos & Hungaros nunc  
 litteris: nunc nunciis excitare atq; urgere conat̄. mi-  
 hi nō magna spes fuerit: nisi uiderim celsitudinē tu-  
 am classe instructa in magne illius memorandeq;  
 nauis puppe armatā: signū profectionis cōtra thur-  
 cos dare. nā reliquis orbis principibus: & si uolun-  
 tas est non adest facultas: qua Greciā inuadere pos-  
 sint. Tue sublimitati si uoluntas affuerit: nihil de-  
 erit: neq; plura: modo me cōmēdo māfuetudini tue  
 a cuius mādati nunq̄ discedā. Ex Roma. vi. Kal.  
 aprilis. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senēsis Io. solerio electo bar-  
 chinonēsi. S. P. D. Quāuis raro p̄ntia tua frui-  
 mur: eius tū memoria apud nos dulcissima ē: quoti-  
 ens eius consuetudinis q̄ inter nos Neapoli fuit re-  
 cordamur: qd̄ quidē sepe cōtigit. neq; enī obliuisci  
 possumus amicitie suauissime: & hoc quidem lu-

*Ioan. solerius*

erū est quod ex Neapoli reportauimus. Existima-  
mus enī magni tui beniuolentiā nos esse cōsecutos  
cupimusq; ea ut perpetua sit: q̄uis nō aliter credere  
debeam⁹: cū uera sit amicicia nostra ex honesta cō-  
uersatōe nata. Amicicia uero q̄ desinere pōt ut Hie-  
ronymo placet uera nunq̄ fuit. sed de hac satis cupi-  
mus nos aliquā regie māsuētudini cōmēdatos effici-  
as. Sumus enī nō minus sui q̄ illi q̄ ex aragonia uel  
cathelania nati sunt: q̄uis illos naturale quoddā ius  
regi obnoxios teneat nos beneficia q̄ ab eo recepim⁹  
mus obligauerint: uerū illoꝝ aliqui fortasse absq;  
scelere se nihil regi debere dixerint. Nos absq; igrā  
titudine qđ est uicioꝝ pessimū: id dicere non uale-  
mus: sciat igit per te clemētia regia nos fateri debi-  
tū: & cupidus eē id psoluere: & si obligatio maior ē  
q̄ per nos diluit possit insuper dñm de Montesio  
amam⁹ ardēter q̄ nobis amicissim⁹ fuit: rogamus  
& illi nostrā operā ad q̄uis eius bñplacita offeras.  
Postremo si qđ est qđ tui cā efficere ualeam⁹: scis  
nos esse q̄bus uti pro uolūtate possis. ecclesiā Bra-  
chinonēsem cōfidim⁹ tandē tuā esse futurā: & si mō  
aliquid subest impedimētī: tēpus oīa domat. Vale  
ex Roma die. xxvi. marcii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senēsis Io. miraballo equiti  
Neapolitano. S. P. D. Referūt qui ex Neapo-  
li ad nos ueniūt magnificentiā tuā adhuc me-  
stā esse: & cōsolationē nullā accipere de morte filii  
id nobis molestuz est: rogamusq; ne temet affligas  
Non est super ea re dolendū: que amissa nequit re-  
cuperari. Sunt tibi alii filii uirtutes: fama: honore p̄-  
stantes: isti tibi in terra seruiunt: ille locum in celo



parat. Age cogita: quid est huius mundi gloria: ca-  
 duca sunt omnia que in terris acquirimus: nihil sta-  
 bile certum. nemo sibi horam uite pmittere potest  
 nemo de crastino habet noticiam: fugit etas: fugit om-  
 nis terrena uoluptas: nihil habemus nisi presens: &  
 id momentaneum est. Quid igitur tristamur si priua-  
 mur momentaneo bono: dicimus hec sapienti uiro  
 & qui optime ista nouit: libet tamen dicere homini  
 amico & bene de nobis merenti. Precamur ne dein-  
 cept in hac re scribere cogamur: quid tunc fiet: cum  
 tua magnificentiam hilarem atque iocundam esse au-  
 diuerimus: alioquin non possumus tacere: cum tua  
 mestitia: nostra sit molestia. cupimus te indulgere  
 bone ualitudini & uiuere animo leto. sic enim & nos  
 & reliquos amicos tuos consolaberis. Alberitum fili-  
 um tuum optamus bene ualere: Alexander Florentie  
 bene ualet ut audiuiimus: uir magni precii & uerus  
 tuus filius: in quo tui mores expressi sunt. Vale ex  
 Roma die. xxv. marcii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Urbano ep̄o Sibe-  
 nicensi. S. P. D. Ex ladra tue ad nos litere de-  
 uenerunt: quibus de nostra ad cardinalatum uo-  
 catione congratularis. Non est noua erga nos tua  
 caritas. scimus te nos amasse ab eo tempore quo Vi-  
 enne simul uersati sumus usque hodie absque simulati-  
 one. nec nos minus te dileximus & diligimus itaque  
 si quid honoris nobis accessit & tibi aucta digni-  
 tas est: quando inter amicos ueros omnia communia  
 esse decet. Tu itaque deinceps cardinalatum nobis cre-  
 ditum: & tibi communicatum: pro nostra inuicem caritate  
 iudicabis: quod speras amplius de nobis rogamus.

*Urbanus ep̄o  
 Sibenicensis*

ex cerebro tuo pcul amoueas. Nā q̄ huc euecti fu-  
mus plus est q̄ meruimus: & utinā ita nos geram⁹  
auxiliāte deo ne dedecori dignitati simus: liberatio  
nem tuā audisse prius q̄ capturā uoluptati fuit. Naz  
si prius te captū accepissemus: nō caruissemus grā  
di molestia. nūc euasisse te periculū dulce est: & tibi  
aliq̄n suaue fuerit memisse laborū. Vale & nos ama  
ut soles: ex Roma Kal. aprilis. M. cccc. lvii.

*Rodericus Bor-*  
*gia car. l. 5*  
Neas cardinalis Senēsis Roderico Cardinali  
sancti Nicolai S. P. D. Quod nihil tuay litte  
rarū iam pridē acceperiz: cām esse arbitror in  
gentes ac grauissimas occupatōes tuas: & illay ter  
rarū pericula. Ego tñ gaudeo q̄ in aduersis & ar  
duis rebus tua uirtus elucet. Nā qui ex agro piceno  
ueniūt: tua cura: diligētia: studio: & singularissimo  
ingenio: ex grauissimo discrie seruatā puinciā aiūt.  
In senatu ap̄lico magnificis summi sacerdotis uer  
bis tua dignatio cōmendata est. Senatus ipse oīs se  
obnoxiiū p̄bitati tue fateēt: cū tua opera ciuitas Es  
culana saluata sit: qua perdita nō marchia solū: sed  
omne patrimoniū bt̄i Petri ibat pessum. perge igi  
tur: incūbe cōi cure: intende neruos pro cōseruatio  
ne rerū ecclesiasticay ut facis. Hinc enī gloria: hinc  
sempiternū decus: nō tue solū dignatiōi: sed uniuersae  
borgioy familie redūdabit. Prothonotarius tu  
us allocut⁹ me ē: tuāq̄ illā erga me caritatē: mihi q̄  
dē notissimā conatus est amplius atq̄ amplius in  
culcare. sed ita persuasus est amor tuus: ut persuade  
ri magis non possit. ait ille cupere dignationē tuam  
huc reuerti: utinam id detur & quā celerius etenim  
utilissimus esset reditus tuus: consolareris grande



uum illum summū pontificem patrem tuū: qui assiduis curis intentus nullū habet leuamen. Presentia autem tua in primis letificaret eum: neq; enim sine dulcedine quadā mentis & anime suo sanguini sanguis heret: exinde partē curarū susciperes: nec oportet illum omnia solum subire onera. Curia quoq; uniuersa tuo aduentu exultaret: habens hominez ad quem posset urgente necessitate recurrere. Nam modo multi frustrantur non ualentes aditum habere pontificis: quamuis audientie die noctuq; sua sanctitas sine intermissione intenta est: nescio quid de liberabitur de reditu. Ego quidem si quid in eam rem potero: non ero deses. Scripseram usq; huc: curę tue mihi littere reddite sunt eloquio plene suauissimo. mirabar prius non te scribere: nunc uero demorror in tanta rerum mole qua premeris id ocii fuisse: ut ad me dare literas potueris. Sed nihil est amari difficile: omnia uincit amor. Nullus grauis labor est qui nō leuissimus ei uideat: qui ex amore operatur. Intelligo igit̃ non esse uanā opinionē meā: qui me amari a te arbitror: & mihi ipsi prorsus suadeo: sed de hoc fortasse nimis inter ueros amantes. Quęris que sint apud nos nouitates eas rescribā. Dicaz breuiter quod audio: Iacobus piccinius ad pontificē misit: qui se purgaret in esculanis insidiis nihil a se produisse. Pontifex respōdit id magno regi aragonū suadendū esse: qui eius expromissor fuit. Sūt qui putant comitez Iacobum uelut indignabundū Nam ei stipēdia denegata sunt: aliquid noui patraturū incēdii. Alii referūt eū ad maiestātē regiā prosecturum: siue ut se expurget: siue ut alia exquirat

in rem suam utrumq; sit uigilanduz est: ne quid de  
trimenti ager ecclesie patiatur inter comitez Eueri  
sum & Vrsinoy domū feruet discordia: concordia  
sepius agitata in lucem nō prodiit. nocte ante hanc  
diē tertia: transferūt copie comitis Euerfi per hanc  
urbez: deceptis portarū custodibus. premiserūt enī  
quattuor uiros: qui se germani tui illustris capita  
nei famulos dicerent: sumptis uestibus que fidez fa  
cerent: ad morem eorum qui capitaneo seruiunt: &  
hi intromissi: captis custodibus ianuas aperuere: ue  
nienti exercitui comitis Euerse. Hec autez copie p  
fecte ad opidum cui Monticello nomē est illud cū  
arce ferunt occupauisse non habemus rem cōpertā  
Sepe enim plura in hac urbe dicunt que ab ipso ue  
ro procul sunt: & id quidem uitium est: late patens  
apud omnes gentes. De turcis hec ferunt. Despotus  
Rascie senior mortē obiit. filii eius ad turcos defecē  
re. Thurci magnas parant copias rursus Hungari  
am inuasuri. In Hungaria non est paratus exercit9  
nec auxilia expectant ex Almania: que cito illuc p  
gere possint. In Gallia & super Rhodanū triremes  
fiunt: breuicq; armande credunt ut in thurcos eant.  
Rex portugalie in proposito pseuerat: nescio tamē  
quid facturus sit: ubi uiderit paucos secū principes  
ituros. Dominus noster pro suo more feruet. desu  
derio exterminandi Mahumeticā superstitionem:  
& que ab ea pendent summa cura prosequit: de be  
nificiis sum curiosus: ut tibi & mihi consulam: sed  
decipimur fallimur falsis rumoribus is q; apud Nu  
rimbergam obiisse ferebat proximis diebus hic fu  
it & mecū pransus est. Similiter & Tullensis epus:



qui apud nouam ciuitatē austriae defunctus uita a se  
firmabatur: ad ducem Borgundie incolumis redi  
it: ero tamen attētus si quid uacet. Sed tua dignatio  
habet optimū procuratorē dñm nostrum sanctissi  
mū. & puto iam tibi aliqua monasteria cōmandan  
da esse per promotionē cuiusdā prothonotharii de  
Monteferrato ad quandā abbatia ditissimi. Spe  
ro etiam cū rege Aragonū si uera sunt que ferunt:  
concordia fiet dignationi tue admodum utilis: nec  
plura modo. Cōmendo me dignatiōi tue cui cupio  
complacere omni tēpore Ex Roma die prima apri  
lis. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohanni cardinali  
sancti Angeli. S. P. D. Quamuis nihil modo  
scriptiōe se dignū offert: ne tamen sine meis  
litteris ad te nunciū ex hoc loco pertingant: scribam  
pauca ex his que apud nos agunt. Sūmus sacerdos  
corpore & mente ita ualet: ut ante cōplures annos.  
Animus illi ad exterminationē mahumetice secte.  
magnus est & ardens: nihil ab eo pretermittitur ex  
his que suo ex arbitrio pendent: utinam principes  
eius desiderio satisfacerēt. Sed quid Germani Gal  
li Hispani Hungari Poloni faciant: tu melius quā  
ego nouisti. Italia ipsa pace fruīt. duobus tñ in lo  
cis bella fremūt: apud Genuam ligurū caput: & cir  
ca nos inter comitē Euersum: & familiā Vrsinorū  
quesita cōcordia nondū inuenta est. Sūma tñ pon  
tificis sapientia hanc rem optimo sedabit termino  
comes Iacobus piccininus his diebus delatus ē ad  
pontificē tanq̄ Esculū furto uoluerit occupare. is se  
se multis argumentis purgat: nondū tñ pontifici fi

dem fecit. timor est ne quies italica turbetur. nimis enim diu quieuiamus: & a nostro more pcul fuimus hec ex Italia cupio dignatiōi tue ita bene esse ut cupis. scio durā esse puinciā tuā; neq; aliud ab initio putauī. nunq̄ meo iudicio res hungarica bene a turcis defendet: nisi rex & imperator unū sapiāt: pereant q̄ discidii sunt auctores: hec uolui scripsisse. Va le optie ex urbe Roma Kal. aprilis. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Nicolao Iuscio Volaterrano S. P. D. Scripsimus ad te iam pridē itidemq; Procopio cancellario de re bohemi ca: ex in sperauimus nō nihil in eo negocio fieri posse: nihil audiuius miramur: & ferim⁹ molesto animo tot nos in cassum subiisse labores: periisseq; salutiferum & necessariū opus: fortasse ita deo placitum est. de Pragensi ecclesia multi sermones habiti sunt: amittenteq; roratu nostro: causa cōmissa fuit cardinali sancti Marci: ut plebi bohemicæ data rursus pape preficeret epus. Est ille quide; uir bonus & doctus: & quē dignū hoc honore putamus. nobis tñ non est uisum ad talem ecclesiā quenq; pmo ueri nisi consulto rege: ideoq; quoad ualuimus differri p̄motionē conati sumus. Tu hec Procopio dicito: & curato ut responsū habeamus. Vellemus q; regia sublimitas pro ipso cancellario instaret: arbitramur enī non frustra conaret. Que nobis de comite Cilie scripsisti cognouimus & cōicamus nō sine tua laude plurimis. Optam⁹ sepe ad nos scribas & nihil subticeas de turcis. & de rebus aliis cognitione dignis: Apud nos timor belli futuri est. credimus tamen summi presulis sapientia obuiam ibit.



21  
Rogamus Procopiū regie maiestati nos efficiat cō  
mendatos. tu uero Reuerendissimis dñis Strigoni  
ensi cardinali & Varadiensi episcopo cōmendabis  
Ex urbe Kal. aprilis. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Henrico senfleben  
S. P. D. Credimus te ad curiam cesaris in colu  
mem peruenisse: idēq; cupimus. Rogamus igitur  
imperatorie maiestati nos cōmendatos efficias  
Cesar enim est quem in terris unice colimus: & illi  
pre ceteris qui uiuant obligati sumus. Loquere se  
cum de rebus cōmissis diligentie tue: maxime autē  
horteris suam excellentiam ad bellum contra thur  
cos gerendū: excitandosq; Germanie populos: quā  
do ipse primus est quem xpiani respiciant. Hic enī  
rumor est non sine auctore certo magnas apparere  
copias thurcorum dominū: ut rursus Hungariā in  
uadat: quod nisi Teutones presidio fuerint: actum  
de regno illo non dubitatur. Hec agito cum reuerē  
do patre nostro episcopo Gurcesi & singulari ami  
co preposito Frisingensi quos nostro nomine iube  
bene ualere. rem Varmiensem curabis pro tua sapi  
entia expedire. Nescimus quomodo ad aures pcur  
ratoris delata est prutenorum: ille tamen non ostē  
dit se credere: mora periculosa est. Nos si difficul  
tas esset in reseruatiōe propterea quia in cardina  
latu sumus: offerimus apostolicas litteras obtinere  
quibus reseruatiō auferatur: quēadmodum & plu  
res alii fecere cardinales in Almania & Gallia. reli  
qua cōmittimus prudētie & amicitie tue. Vale op  
time ex Roma quarta aprilis. Millesimo quadrin  
gentesimo quinquagesimo septimo.

Neas cardinalis Senensis Vlrico ep̄o Gurcē  
si. S. P. D. Que sunt apud nos nouitates scri  
bimus cesari: non repetemus que illis in litte  
ris uidebis. Precamur nos cesareo culmini cōmen  
des: eiq; contra Turcos expeditionem suadeas. ita  
enim exposcit christiane religionis necessitas dila  
tionem a creditoribus tui predecessoris obtinuit.  
Henricus senfleben sicut ab eo relatum tibi nō am  
bigimus. Si qua amplius sunt que cupias ex nobis  
tantū aderit uoluntas quantum sinet potestas. Sci  
mus enim nos esse tibi obnoxios: & cupimus ali  
quādo partem debiti p̄soluere. uale ex Roma quar  
ta aprilis. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Vlrico ritter: S. P.  
D. Henricus senflebē tuus & noster apud te  
est: & que sunt apud nos scitu digna tibi expo  
sui: nō est cur fatigemus aures tuas: cum etiā post  
eius obitum nihil noui emerferit scitu dignum. Ro  
gamus ut exhortaris cesaream maiestatem ad belluz  
contra turcos: ita enī suus honor & reipublice xp̄i  
ane salus exposcit. Nam turci ut fama non uana ē:  
proxima estate rursus Hungariam sunt inuasuri: si  
qua sunt que cupias ex nobis: scis non esse tui amā  
tes & cupere uoluntati tue morem gerere: uelis nos  
magistro camere cōmēdatos facere: & Artongum  
nostro nomine saluū dicere. Ex Roma die quarta  
aprilis. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis diuo Federico im  
peratori: Salutē plurimā dicit. Quē nunc scri  
bā pauca sunt. fama hic est Despotū Rascie se  
niorē obiisse mortē: filios eius ad turcos defecisse:



iamq; xpianis insidiari si ita est non latet maieſtatē  
 tuam. accipio illoꝝ ſororeꝝ eſſe in caſtro Cilie: que  
 fuit uxor comitis: cauendū eſt ne mulier fraternam  
 labem ſequat̃. Id puto ſublinitatē tuam non negli  
 gere: quia tamen aliqui iuſſerūt hoc me ſcribere nō  
 fuit conſilium reticere. in partibus iſtis metus ē fu  
 turi belli: & multa eius rei ſigna ſunt: deus melius  
 conſolat. Ciuitas Senenſis diſcordiis ciuilibus agi  
 tatur: rex Aragonū ſuo more uenationibus operaz  
 dat. Fuitq; ut aiunt in periculo proximis diebꝰ: ne  
 per aprum interficeret̃: cū cecidiſſet in quo ſedebat  
 equus. Rex Portugallie uēturus cum claſſe affirma  
 tur mēſe proximo: quod mihi nō fit uerifiſimile: cū  
 nec terreſtris per Hungariaꝝ paretur exercitus: nec  
 ex Italia claſſis alia paranda putet̃: niſi apoſtolica.  
 Indigemus dei auxilio ſi bene optamꝰ noſtras reſ  
 dirigi. Cōmendo me tue ſublinitati ad eius māda  
 ta promptiſſimū. ex Roma die quarta aprilis. Mil  
 leſimo. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senenſis Iohanni Tnderba  
 chio. S. P. D. Ex fratre tuo credimus te noſſe  
 que hic agunt̃. Nos rem tue ppoſiture abſol  
 uimus apud dñm noſtrū. de prebenda Ratiſponen  
 ſi faciemus que poterimus. Sed durus eſt aduerſari  
 us tuus & fauorem habet cardinalis Czamorenſis  
 quē noſti dñm imutabilē. nos tamē ut amicum de  
 cet tuas partes iuuabimꝰ. Nouitates que apud nos  
 ſunt ſcribimus ceſari. uidebis litteras noſtras: non  
 eſt cur laborē ſumamus inanem: utinā iſte annus p̃  
 terito & quietior ſit & melior: mēdaceſq; uates &  
 aſtrogos faciat: quoz iudicia raro aliquid boni

presagiunt. Nos ea tempora optauerimus: que ad  
uersa sint prophetarum & astrologorum iudiciis. Cupi  
mus amicos nostros Iacobum de Lodrono nobilem  
equitem: & Iohannem nihil astronomum prestabilem  
nostro nomine saluos dicas. Imperatrici autem au  
guste nos humillime comendatos facias: cui parere  
& uoluntarii & accincti sumus quotiens nobis im  
perauerit quod in nostra fuerit facultate. Vale ex Vr  
be Roma die quinta aprilis. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohanni solerio. S.

P. D. Pergrate fuerunt nobis littere tue: quibus

bonam ualitudinem tuam: & animum tuum erga nos  
eum esse qui prius fuit abunde intelleximus. Illud  
quoque nobis iocundissimum fuit quod regiam maiestatem  
paruitatis nostre memoriam tenere: & nos amare as  
seueras. Nihil est enim quod magis cupiamus quam in  
ter eius seruitores connumerari. quandoquidem ipse rex  
unus est: qui nostrum exornat seculum. Unus enim in  
ter principes doctus est: & litterarum cultor: unus li  
beralissimus: unus in armis peritissimus: unus qui  
domi: bellicus magnus euo nostro uideri possit: unus  
denique qui religioni indefesse seruiat: quod si animum  
ad perdendam turcorum perfidiam intenderit: ut sepe  
professus est: non modo qui nunc uiuunt regibus pre  
ferendus erit: sed omnes proculdubio antecedit quos  
prisca secula inclitos commemorant uiros. Est igitur  
nobis dulcissimum: cum tanti regis seruitores & su  
mus & credimur. De re tua non minus cupidi sumus  
quam tu ipse: imo uero tanto magis quanto tu per humi  
litate tuam uirtutes extenuas nos per ueritatem illi  
las magnificamus. Scimus enim que sunt merita tua



& que tibi debeantur premia: & que possint tibi di-  
 gnitates committi: quod si aliquando ut speramus res  
 tua in medium adducet: audient Cardinales: quale  
 iudicium de te faciamus. nullus tamen est: qui pbi-  
 tati ac doctrine tue non sit affectus. Illud solo impe-  
 dimento est promotioni tue: quod alia negocia non con-  
 ponunt. atque ita fit: ut utile per inutile uiciet: quod  
 leges abhorrere solent. Putamus tamen his rebus  
 breui modum imponi: & honori tuo consultum iri.  
 Suadendum est sublimitati regie: ut in promotioni-  
 bus ecclesiarum ea media amplectatur: que tolerari pos-  
 sunt. Valde autem conducit christiane reipublice hos du-  
 os principes esse caritate coniunctos: & qui discidium  
 querunt neutrum amant. Auduimus libenter que  
 scribis de uoluntate regia erga Senenses. Alterum  
 uero quod subnectis: ut Senenses ipsi cauti sint: ne  
 que seipsos implicent malis: quibus cum uelint: ex-  
 plicari nequeant. Salubre consilium est: sed nos mul-  
 tum illi reipublice timemus. tum & ciuili discordia  
 populum exagitat. tum quod presidia querunt: qua-  
 lia forsitan fugienda essent: sed ipsi uiderint. Nos pa-  
 trie & si bene uolumus: illi tamen consulere non pos-  
 sumus: quibus non creditur. Cardinalis sancti Angeli  
 scribit turcum proxima estate in Hungariam maiori  
 conatu quam prius uenerit rediturum: non esse hungaros  
 ad resistendum potentes: nisi externa habeant auxi-  
 lia. petit classem applicam augeri: & infestare mariti-  
 mas turcorum oras. nostro iudicio regis opus hoc  
 magis quam pape fuerit: nec plura modo. Rogamus sub-  
 limitati regie iterum atque iterum nos commendare: &  
 de Montelia singularem amicum nostris uerbis sal-

uere iubeas. Vale ex Roma die quinta aprilis. Mil  
lesimo. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Alfonso Aragonū  
& Sicilie regi. S. P. D. Hac ipsa die rex inclite  
ac potentissime allate sunt littere ex Hunga-  
ria: que summū pontificem omnēq; curiam contur-  
bant. Referūt enim Mahumetē turcoꝝ dñm cum  
Soldano Egipti: cum Caramāno Glicie: cū Tarta-  
ro Scythie ic̄to federe coactis: ingētibus copiis rur-  
sus in Hungariā properare: Albam aliaz quod aliū  
Belgradū uocant: summis uiribus obsessurū: iamq;  
iter accepisse. nec dubiū esse: quin diebꝫ quindecim  
cum toto exercitu ante opidum sese collocet. Ferūt  
quoq; iurasse eum etiam: si Asia maiore partē amis-  
sam audierit: non se retro abiturum. Hec Albenses  
legato apostolico scribunt pleni metu. quippe spes  
sola de celo est. Neq; enim tam securi homines dei  
quā humanū expectant auxiliū. incredulū est mor-  
tale genus. Neq; illud pendet quod scriptum est in  
sacris eloquiis: Maledictus homo qui confidit in  
homine. Sed miserendū illis est si semel diuinitus li-  
berati: rursus pietatem diuinā tētare uerentur. Per-  
cussit deus celo hoc anno turcos. Neq; enim huma-  
na uictoria fuit: que apud Albam parta est. Volu-  
it experiri deus quicq; reges agerent: ceteriq; xp̄ia-  
ni: populi rectores: p̄ligauit hostes: occidit qui fe-  
rociores uidebant̄: abstulit innumerabiles machinas  
spacium dedit: quo si uellent xp̄iani populi: sese ac-  
cingerent: redituroq; turco armati occurrerēt. Sed  
quantomagis indulget deus: tanto negligentiores  
sumus abeūtes ocio. Ecce redit hostis: & nemo est



qui laboranti Hūgarie opem ferat. Vereor uereor:  
 ne Hungaria pessum eat:& nobile illud regnū:ho/  
 stilis gladius euertat. quod si tulerit:cadit mur⁹ no  
 stre religionis:& itinere plano per carnos & forum  
 Tuli in Italiam turcoꝝ turme decurrēt. Ad hec ac  
 cedit filiorum olim gubernatoris Hungarie captu  
 ra:qui per regem in arce Budensi deprehensi custo/  
 diuntur. Cūq; his nō parui nominis prelatus inter  
 ceptus est Iohānes Varadiensis ep̄us. Feruntq; &  
 aliis plerisq; nobilibus indita uincula.incomperta  
 est adhuc causa:sed uerisimile est necem comitis Ci  
 lie hoc peperisse.infelices xp̄iani quos tanta cecitas  
 exagitat:ut nec premētibus hostibus domestica de  
 ponant odia.Surgat igiŕ tua serenitas:& quod po  
 test huic periculo remedium adhibeat:ceteri princi  
 pes in tuā sublimitatē cuncti uere cōtorquent ocu  
 los:eāipsam quicquid egerit sequuturi. Neq; enim  
 rex est in orbe xp̄iano: apud quē plus auctoritatis  
 q̄ apud te fit:qui regnoꝝ potentia:rei militaris pe  
 ritia:experientia multarū rerū:& incredibili sapien  
 tia ceteros Europe principes antecellis. Hec pro  
 mea in tuā mansuetudinē fide dicta sunt. Datū Ro  
 me die septima aprilis.M.cccc.lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohanni solerio.S.  
 P.D. Scribimus aliqua de turcis sublimitati  
 regie:ea cupimus sibi offeras legasq; nisi enī  
 ipse laboranti xp̄iane religiōni opē ferat: id iminet  
 discrimen:ex quo uix alius liberare nos possit.nūc  
 opus est arte:ingenio:& uiribus uti.nec apud eū:ni  
 si inueniamus:ubi perquirēda sint ignoramus. Va  
 le ex Roma die septima aprilis.M.cccc.lvii.

Neas cardinalis Senensis Nicolao Iiscio Vo  
laterrano: Salutem plurimā dicit. Audiui-  
mus uario relatu inclitum Hungarie regem Vien-  
nam rediisse: & nobis placet pro quiete ipsius re-  
gis: ut sit extra turbinem hungarie. Dolemus tamē  
regnum illud inter se diuisum esse. Veremurq; ne  
christiane dissensiones turcis aperiant ianuas: deus  
meliora promittat. Nos in Italia magnis etiam af-  
flictamur malis. Rex Aragonū cum Genuensibus  
bello implicitus est: magnā Romani agri partē ur-  
sini & comes Euersus uastant. Senēse discidiū indi-  
es auget. nouiq; indies ciues aut plectunt: aut in ex-  
ilium agunt. nec uidemus quo pacto quiescere pos-  
sint. Aiunt cancellariū ad uos ex Bohemia rediisse  
dicitō illi multas nostro noīe salutes: cōmendamus  
tibi Laurentiū Rouarellam nuncium apostolicum  
qui has tibi restituet. non fuit in Austria: prius cō-  
monito eum: atq; instruito in agendis si non est di-  
missus. episcopus Varadiensis hic pro eo uerbū fa-  
ciet: & litteras affert: quarū nos p̄motores fuimus  
pro ueteri amicicia: & quia innocentē eū esse confi-  
dimus. Vale ex urbe die tertia iulii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohanni Nihili Sa-  
lutez plurimā dicit. Que scripsisti de curia no-  
stri cesaris iam pridē noueramus. fuit res no-  
bis promolesta. agimus deo gratias: qui personam  
imperatoris custodiuit. Credimus imperatricē ani-  
mo conturbatā esse: eiusq; cōpatimur adolescentie  
que ad calamitates in Germania3 uenit perferēdas  
putamus tamē eam ipsam sibi consulere: & consula-  
tiones querere. cōflictationes Hūgarie didicimus:



omnia sunt ad turcorū potentiam augendā: ferenda sunt que deo uolente fiunt: ille ex malo bonū elicit. si dabitur aliquādo facultas: cogitabimus de te nō aliter q̄ de nostro fideli & singulari amico. Laurentium Rouarellā qui cum presentiū ad te ueniet nuncium aplicum tibi cōmendamus: ut assistas ei & cōsulas si quas ex te quesierit. Tu quoq; si aliqd̄ monasterium uel preposituram bonam uacare perceperis: fac nos q̄primū certos. potes per Venetias mittere litteras: illinc enim frequentes ad nos currunt tabellarij: mercatorū querenda suffragia sunt. Vale ex Roma die tertia iulij. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Procopio rabēsteyno. S. P. D. Ex Vienna tuas recepimus litteras cum Bohemiā peteres: nescimus an redieris. Audiuimus in signē fratrem tuū & amicū nostrū singularem Iohannē equitem extremo die functum. credimus te turbido & amarulēto esse animo. Naz & nos tali socio priuati non dolere uehementer nō possumus: Sed quid agamus: trita est hec uia: aut non nasci oportet: aut natū mori: nobis parētes periere frēs necessarii sorores: amici pauci admodum sunt cū quibus iā uiuere delectet. Naz etate graues parare nouos amicos nescimus: & ueteres paucis demptis mors abstulit. nec modo aliud expectam⁹ nisi aut eripi nobis eos quos amamus: reliquos aut nos auferri ab illis. At quandocunq; dies illa uenerit: non erimus inuiti ut olim: quibus ad maiorem amicorum cumulu⁹ erit eundum. Credimus te ista etiā meditari: nec egere cōsolatione: ideo p̄terimus hec. accepim⁹ turbulētās esse res germanie: neq; im

peratori bene esse cū rege Hungarie dolemus. Naꝛ  
res pessima est & noxia: nō modo Auftrie; sed uni  
uerse reipublice xp̄iane. deus meliora pmittat. Cu  
pimus de rebus Bohemicis fieri certiores: si quid  
ſperandum ſit Laurentiū Rouarellaz qui has ad te  
deferet. cupimus tibi cōmēdatū eſſe: frater eſt archi  
epiſcopi Rauennatis tibi amiſſimi. conſilium tuū  
optabit in rebus agēdis: ne deſit ſibi rogamus pru  
dētia tua. Vale: & Nicolaum noſtrum pro tua cō  
ſuetudine cōmēdatū habe. Ex Roma die tertia Ju  
lii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senenſis Iohanni Inderba  
chio. S. P. D. Ex Hiſtria littere ad nos tue ue  
nerunt. iam prius in fauſta ceſaris nouitas p  
uenerat: ita ſe humane res habēt: nunc iacemus: nūc  
in alto ſumus. deo laus: qui ceſarem ex maximo oī  
um periculo liberauit. dolemus uicem Gurceſis epi  
ſcopi noſtri amici optimi cōmiſere ſcimus & Vn  
gnodio cui nō dubitamus admodū nocere diuitias  
facta ſunt hic que fieri potuere. Executoriales miſ  
ſe littere: & modo nuncius aplicus eo pergit ſacre  
theologie profeſſor Laurentius rouorella: quem ti  
bi cōmēdamus ſi eum uideris. Ambroſio noſtro  
diximus que iuſſiſti. expectabit ad aliquantuluꝝ: &  
ſi moleſte fert: tamdiu ſe ſuſpenſum teneri de ppo  
ſito Bertelſchaden: expectabimus quid agas. Cupi  
mus ſi quid monaſterioꝝ uacare contigerit: id no  
bis ſignifices: ut tandē aliquid conſequi poſſimus  
quo leuior fiat noſtra paupertas. In cauſa. prebēde  
tue uexamur: maxime ob dominū Czamotoſem:  
qui tuū aduerſariū tuetur. iuuamus tamē te quoad



30  
possimus. Vale: & senatui Tregestino: ep̄oq; ac p̄-  
posito Pisini nostro nomine salutes dicito. Ex ur-  
be die quarta Iulii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohanni cardinali  
sancti angeli. S. P. D. Scripsi nuper reuerēdis-  
sime pater & domine mi colēdissime nō pau-  
cas litteras dignationi tue: nescio an ad te potuerit  
penetrare: cū audierim te dimissa Hungaria Bosnā  
petiuisse. Nunc pauca subiiciā: & casui mea scripta  
cōmittam. Nāq; littere tot montes: tot flumina: tot  
barbaras nationes nisi casus inopinatus pertransi-  
re iubeat. Scripsisti mihi de Pragēsi ecclia tuo mo-  
re paucissima uerba: sed preter consuetudinē mor-  
dentia. dicis enim nos hic omnia bene expeditos  
nec dubium est quin sermo tuus ironicus fuerit: nō  
dicam amplius. & si opinor quorsum ea uerba ten-  
dant me non ignorare. ego pro mei animi libertate  
semper aperte cū dignatione tua sum loquutus: &  
ita faciā si qñ redieris: qđ deus breuissime cōcedat  
cum sospitate & honore: tunc si quid erit quod mi-  
hi uelit tua paternitas subiicere audiam patiēter: &  
uel obiecta purgabo: uel petam ueniā: nisi qđ pleri-  
q; agunt alta mente archanū tuum includere uolue-  
ris: & de hoc satis audiui: ut dictum est de tuo tran-  
situ: credo fuisse urgente; causam. sed doleo armis  
plenā esse Hungariā: quibus non in thurcos sed in  
sefe barones eius terre depugnent. Illud quoq; mo-  
lestissimū est qđ imperatorem inter & Hungarie re-  
gem uetuste cōtentiones reuirescūt: malletm tua stu-  
dia huic morbo mederi: & que sunt in uiscerib9 no-  
stris auferre mala conari potius q̄ que cutem attin-

gunt. Sed cuncta optime nouit prudentia tua: cuius iudiciū nunq̄ meo postposuerim. Venio ad res Italicas: dñs noster bene ualet: ad cruciatam totis intētus animis. Apud Esculam latrones cum Losia & Octauiano arcem quendam munitissimam ecclesie occupauere. Legatus adductis eo copiis omnes in deditionem accepit. Vrsini cum comite Euerfo cōtendunt: & Colūnenses qui haecenus quieuerunt: nouissime se bello immiscuerūt. Rex Aragonn̄ cum Genuensibus bellum gerit. de pace nullum uerbum dux Mediolani quiescit: & Veneti quibus nup̄ nōnulli ciues in exilium acti sint: & aliqui manus amiserint. Senenses intestino morbo laborant. Piccinin̄ regis homo est: nec putatur hoc āno arma sumpturus. Ex regno audiuimus aliqua que non placent: nescio an erūt uera: Papa nuper me rogauit cur nō impedires: respondi ut soleo libere suam sanctitatē cum esset in Hispania Italia negocia curare nō potuisse tuam reuerendissimā paternitatem in Bosna ualde a rheno distare. Camerarius legatus orientis duos pape nepotes in uincula coniecit: qui Cipruz populati fuerant: que scribam alia nō habeo. Ex urbe Roma die quarta Iulii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Heurico senstlebē: Salutē plurimā dicit. Dominus noster sanctissimus mittit Laurentiū Rouarellā qui has literas secum affert ad serenissimū Hungarie regem: nō fuit homo alias in austria: necessaria erit ei istructio & directio tua: cōmendamus eum tibi. bonus uir est & doctus theologus. cura eius erit: ut captiui imperatoris dimittant. Varadiensis relaxet: &



pax si fieri potest. Illas demū partes inspiciat: ab eo intelliges italicarū rerum: & huius urbis statū: plus mali q̄ boni audies: neq; enim quiescere Italia consuevit. uosq; Germani didicistis mores nostros: & nō modo uicinos sed fratres: atq; ipsos parētes bello permittis: nihil est usquā tutum. Damnosissimū est q̄ austrie inclita domus in se ipsa discidiū habet deus illos principes meliori aliquādo respiciat oculo: & quos fecit maximos faciat amicissimos. In cā Varmiēsi expectamus quid sequatur: quia ibi multum spei collocamus: alioquin ad men dicitatem redacti sumus. Si quid in partibus illis uacat qd̄ obtineri posse confidas uelis nobis significare. Grati as agito regie maiestati pro litteris missis pape: ad regratiandum de nostra promotione. Bene uale ex Roma die quarta Iulii. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo.

Neas cardinalis Senensis illustri principi Ludouico duci bauarie S.P.D. Reddite sunt nobis littere tue humanitate & beniuolentia plene: quibus rogas: ut illustri principi Ruperto nepoti tuo ad consequendam ecclesiam Ratisponensem nostros fauores impartiamur. Reducisq; nobis in memoriā clare memorie genitoris tui erga nos caritatē: & tuam illam quaz simul habuimus in noua ciuitate consuetudinē. Vidimus libenti animo epistolā tuam: & mirati sumus subscriptionez proprie manus. Scribis enī optime qd̄ est in tanto principe ualde laudabile. recordamur quotiēs ī curia cesaris suaues habuim⁹ s̄mones ī simul: & cū de lapide iūi sibilitatis inq̄sitionē faceres: tenem⁹ mēoria iditio

ne tua possedisse nos ecclesiã Hispanẽsem & fuisse  
a genitore benigne tuo tractatos. Scimus q̄ nobilif  
suma est inclita domus Bavarie: & quãtũ illi apl̄ica  
sedes tenet̄ intelliges uti cõfidimns nos non esse in  
gratos. de nepote tuo sunt egregia testimõia: quia  
tũ cõmissarii sumus in causa huius ecclesie Ratispo  
nensis: non possumus aliud dicere: nisi q̄ inuenies  
nos ueram relationẽ fecisse: & semper paratos esse  
nunc & in futury tue uoluntati morẽ geramus. Da  
tũ in urbe Roma die. v. Iulii. M. cccc. lviij.

Neas cardinalis Senensis preposito Spirensi  
S. P. D. Accepimus litteras tuas quib9 rogas  
ut ius nostrũ in p̄benda ecclesie maioris Vor  
maciensis in nepotẽ tuũ transferre uelimus. Cõpla  
cuissẽmus certe tibi: cui libenti animo tanq̄ singula  
ri amico & homini uirtuoso gerimus morem: nisi  
preuenti fuissẽm9: & iam spẽm alteri de iure illo de  
dissemus. Scripserunt enĩ nobis decanus & cantor  
Vormaciẽsis: qui negocia p̄positure nostre gerunt  
de uacatiõẽ prebẽde hmõi: multũq; suaserũt: ut ius  
nostrũ illi dimitteremus: qui per capitulum ad pos  
sessionẽ q̄uis de facto erat admissus: cui iam prepo  
siturã nostrã arendauerant. Deinde superuenerũt  
etiãz littere illustris principis comitis palatini pro  
eodem dictã prebendam petentes: quibus indu  
cti animũ inclinauimus ad complacendum prefato  
possessori: siue ut rectius dicamus intusulo. Nã quã  
uis sp̄eti fuerimus a capitulo: quia tũ natura litigi  
osi nõ sumus: decreuimus bonum pro malo repẽde  
re: Rogamus autẽ te: ut equo animo feras si hac ui  
ce p̄cibus tuis nõ annuimus: cum sicut prediximus:



alioruz scripta peruenerint. Deinceps si quid occur  
rerit quod tui causa facere possimus: nō erimus re/  
quisitioni tue quoquo modo aduersi sed quantum  
uires nostre tulerint: & tibi & amicis tuis conabi/  
mur rem gratam facere. Datum Rome die .xxii. Ju  
lii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis decano Vormaciē/  
si. S. P. D. Cognouimus que scripsisti de pre/  
benda que nuper uacauit in ecclesia Vormaci  
ensi: suades ne nos de illa intromittamus: & ius no  
strum possessori tradamus: cuz neq; utile nobis sit  
dictam prebendā obtinere secundū statuta ecclesie  
neq; dispensari aduersus ea consuetum sit: multum  
tribuimus consilio tuo. & crede q̄a nō est mens no  
stra grauare ecclesiam illam: nec litigiosi sumas: ut  
uelimus supra modū contendere. Nos si eam p̄ben  
dam obtinuissēmus: non propterea uiolare statuta  
uestra uoluissēmus: aut aliquod uobis asferre gra  
uamen: sed iuxta consiliū tuū fecissēmus: & confi  
dimus q̄ non fuisset capitulū uestruz de nobis ma  
le cōtentum: uerum utcunq; res se habet: quis confi  
liarius palatini nullum ius habeat in predicta pre  
benda: nobis sp̄etis se intruserit. tamē quia uir no  
bilis est: & illustris palatinus p̄ eo scribit: tuq; plu  
rimū id suades: & Iohannes tolner etiam hortatur  
erimus cōtenti transferre ius nostrum in predictū  
consiliarium si cum eius procuratore qui hic est cō  
uenerimus: & deniq; confide: quoniā ecclesiam ue  
strā iuuare atq; extollere nō dep̄mere: aut quoquo  
modo ledere intendimus. Verum quia capitulū ec  
clesie sancti Andree animo deliberato nobis sp̄re/  
e ii

tis: & litteris nostris cōtemptis ad possessionē prebende per nos acceptate alium intrusit. Intēdimus experiri de iure quis sit potior: itaq; rogo ne mireris si liteꝝ pro parua re ingredimur: quia cōtemptū potius q̄ prebendam animo metimur: quā etiam si obtinuerimus: alteri eiusdē nationis resignabimus. Postremo scribit nobis Iohannes tolner queremonias factas esse apud aliquos germāie p̄latos de reservationibus cardinaliū quas habēt in partibus illis: nescimus an propter nos & gratiam nostram is rumor fiat. Nos quidem super uigintiquatuor annos in Almania seruiuimus: & semper honorem illius nationis pro uirili nostra promouimus: & nūc ad cardinalatum q̄uis insufficientes uocati: id conamur: id studemus: id tota mente querimus: quod illi nationi utile decorumq; esse putamus: cuz nōnullis aliquando uehementer cōtendentes: ita ut in sacro collegio magis Germanū q̄ italū me esse dicāt. Quibus ex rebus non sumus arbitrati Germanice nationi futurū odiosum: si beneficia in ea pro duobus milibus ducatoꝝ in annuis redditibus obtineremus. Et q̄uis in bulla reservationis nostre fiat mētio de monasteriis: nunq̄ tamen intentio nostra fuit ad ea monasteria litteras trahi que per cōpacta referuari non possent & ita sanctissimo domino nostro diximus adiiciētes: q; pro nullo monasterio nunq̄ litigaturi essemus. Sed solum id reciperemus quod cum bona gratia principū iu quorum territorio esset habere possemus. Itaq; nos existimamꝰ aliquos prelatos occasionē habere ut de nobis conqueri possent. Quapropter rogamus te qui soles cū



pluribus conuersari: ut mentem nostram omnibus declares: & presertim archiepiscopo Maguntino: apud quē nō dubitamus nos haberi cōmendatos cum & nos sui status & honoris quantū uires nostre ferunt: semper defensores sumus. Datū Rome die .xxii. Iulii. M. cccc. lviij.

Neas cardinalis Senensis Balie Senensi. S. P.

D. Que ornamento splendori glorieq; isti ciuitati uestre patrie nostre esse possent: nūquā tedio nobis esset: aut querere: aut si in potestate nostra essent exhibere. Eapropter cū nuper nobis scripsissetis: ut pro studio legum: aliarumq; facultatū in urbe uestra reformando: sanctissimo domīo nostro uerba faceremus: utque clerus uestre ditiōis ad eam rem certam pecunie quantitatem conferret impetrare conaremur. Fuimus e uestigio cum eodem sanctissimo dño nostro: oratore uestro spectato uiro Leonardo ad id accersito perorauimus causam ut arbitrati sumus oportere: sed non exorauimus: Quomodo autem pietas domini nostri ad eaz rem responderit non ambigimus Leonardū prefatum collegio nostro significasse: itaq; non est: cur plura circa hec dicamus. Illud adiucimus: q; nosse magnificencias uestras non inutile arbitramus. Hodie littere ex Neapoli aduenerūt: quibus certior fama fit comitem Iacobū piccininū ab inclito rege Aragonum pecunias non paucas accepisse: quibus copias suas instruere possit: at regni metas exire: ferunt eū aduersum Sigismundū maletestam arma moturū: instante Vrbin. ate comite: sed nulle sunt hominum insidie: nec sagicta semper eo tendit quo directā ui

detur. sapiunt magnificentie uestre: & quod ex usu fuerit cogitabunt. nos pro debito nostro hec reipublice uestre significanda putauimus: cuius tranquillam quietem indefinenter optamus Datum Rome die. xxii. Iulii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Balie Senensi. S. P.

D. Accepimus litteras uestras quibus cognouimus que de comite Iacobo piccinino & ei9 transitu suspicamini. Fuimus sepe cum spectabili oratore de eadem re locuti: & eadem uidebantur nobis formidanda que uobis: si homo ille regnum exiret nunc scriptis uestris comoniti statuimus de re illa certiore pontificem facere. Sed cum podagra nos impediret ne presentiam domini nostri accedere possemus: scribimus que nobis uidebantur apostolice maiestati: & rogauimus: ut oratori uestro audientiam preberet: qui latius loqueretur. Placuit id de mentie sue oratoremque uestrum mox post cedula nostram audiuit: & ita semper omnibus respondit: quem admodum de patre optimo & diligentissimo conseruatore uestre libertatis sperandum erat. Scribet omnia seriosius senatui uestro Leonardus orator. Ita enim non est cur nos ea repetamus. Sumus & erimus solliciti in his que uestre reipublice tranquillitatem respiciunt: Postremo quia Franciscum patricium in uinculis coniectum accepimus uirum fama clarum: & qui ornamentum ciuitatis uestre nou paruum hactenus fuit: rogamus in eius iudicio benefacta cum malefactis pensare uelitis: & hominem in uita relinquere: qui suis scriptis uestram urbem illustrauit: & in futurum splendorem ei maximum adiuuare potest. Quod si fe



34  
ceritis: omnes collegiū nostrū cōmendabunt: in quo  
plus beneficiū q̄ iniurie recerdatio ualuerit. Datum  
Rome die uicesima quarta Iulii. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis ep̄o Tridentino. S.  
P. D. Redeuntē in Almaniaꝝ Nicolaū creuil  
capellanū nostrū & compatriotā tuū: cū Tri-  
dento transiturus sit: nolimus sine nostris ad te lit-  
teras dimittere: quibus intelliges nos ueteris amici-  
cie: & quomodo simul ad sacros ordines promoti  
fuius memores esse: cupidosq; magnopere aliqñ  
aliquid agere quod tibi gratum existat. Reliqua de  
nostra erga dignitatē tuā uoluntate: & de statu Ro-  
mane curie idem Nicolaus plenius referet: cui uelis  
tanq̄ nobis plenam credentie fidem prebere. Insuper  
quia nepos noster Franciscus gratiam expecta-  
tiuā habet in ecclesia tua: rogamus ut in euentu uar-  
cationis alicuius prebende auxilio sibi esse uelis ad  
obtinendū possessionē: quemadmodū de tua erga  
nos beniuolētia & amicitia ueteri plene confidim⁹  
Datū Rome Kal. augusti. M. cccc. lvii.

Neas Cardinalis Senensis Nicolao cardinali  
sancti Petri. S. P. D. Reuertit̄ ad partes Ger-  
manie capellanus meus Nicolaus creuil: quē  
in agendis suis dignationi tue quantum ualeo cō-  
mendatum efficio. diu nihil noui de tua dignitate  
accepi: puto eam bene ualere quando in contrariū  
nihil accipio. De prelatiis Germanie & dietis eorū  
multa hic dicunt non bona: tuam dignationē nihil  
latere opinor: nisi tua circumspectio illis obuiet re-  
bus: nescio quis alius occurrere possit. ego tamē te  
in hac cūria presentem potius esse uellem: q̄ quis pa-

rum ē q̄ cardinales reipublice cōsulere possint: sed  
iuuaret me sepe in p̄ntia tua esse: & pro ueteri mo-  
re dulces miscere sermones. fortasse aliquñ nō tede-  
ret dignationē tuaz in curia morā traxisse: quis sit  
status haruz partiū non dubito per familiares tuos  
dignationi tue scriptū esse. Referā tñ paucis: quō se  
res habeat: Dñs noster in primis bene ualet. Roma  
quoq̄ preter solitū hucusq̄ sana esse uidetur. obiit  
cardinalis Neapolitanus icuria potius q̄ aeris gra-  
uitate. Vrsini & comes Euerlus adhuc inter se ar-  
mis cōtendūt: que res facit: ut annus uberrimus ste-  
rilis uidebat̄. Huc accedit indignatio quam ponti-  
fex cōtra Vrsinos accepit. tractat̄ concordia nescio  
quā facilem habebit exitū. Comes Iacobus piccini-  
nus qui hactenus in regno fuit: nūc suscepta a re-  
ge Aragñū magna pecunia exiturus regnū dicitur.  
& cōtra Sigismundū malatestā quez rex odit arma  
moturus: quo cum p̄fecturus est Comes Vrbinas  
Alii arbitrant̄ hec fingi cōtra malatestas: ut impro-  
uisi Senenses inueniant. Quicquid egerit piccinin⁹  
sū regnū exierit: arbitrantur omnes totiam Italiam  
rursus in arma ruituram; atq̄ hoc modo gerē bel-  
lum contra turcos. Nec melius in Germania res se  
habent: qñ imperator & rex Hungarię sicut nosti:  
inter sese acerrima contentione depugnant. deus ec-  
clesie sue melius consulat. Cōmendo me dignatiōi  
tue ad eius mandata omni tempore paratū. Ex ro-  
ma Kal. augusti. M. cccc. lvi.

Neas cardinalis Senensis archiepo Saltzbur-  
genſi. S. P. D. Nicolaus creuuel capellan⁹ no-  
ſter dilectus uēturus est ad dignationē tuam:



quā rogamus in suis agendis cōmendatum habere  
 uelis. Ab eo intelliges romane curie statum: & quō  
 res Italie sese habeāt: itaq; nō est opus de his aliqd  
 scribamus. Nō sumus imemores beneficioꝝ que a  
 dignatione tua percepimus dum in Germania esse  
 mus: & quō in Saltzburga sepius a dignatione tua  
 gratanter accepti & honorati fuimus: ob quaz rem  
 erit nobis semper cura: ut tibi & ecclesie tue pro no  
 stra pōssibilitate uicem rependamus. Insuper quia  
 duo sunt in tuā curia nobis a longo tēpore dilecti:  
 Iohānes lanuterbachius: & Iohānes troster uiri bo  
 ni & fidelissimi: eos dignatiōi tue quoad possum⁹  
 efficimus cōmendatos: reputaturi nobis impēsū:  
 quicquid in eoz personis boni per te collatum fue  
 rit. Datum rome Kal. augusti. Millesimo quadrin  
 gentesimo quinquagesimo septimo.

Neas cardinalis Senensis Iohanni troster. S.

P. D. Fecisti probe q̄ nobis ex Hūgaria Viē  
 naq; singula scripsisti que tunc gerebant. Au  
 diuimus inuiti illaz partiū tribulationes: uelit de⁹  
 ut tandē principes inclite domus auftrie inter se re  
 concilient. Illud autē libēter intelleximus quod de  
 epo Varadiensi uiro optimo significasti: cuius in  
 nocētia libertatē cōsecuta est. Nihil pfecto hoc tpe  
 nobis iocūdius significari poterat. tu de nobis sibi  
 oīa uera dixisti. Nam cū audiuimus capturā ei⁹ uer  
 hemēter probatissimi patris infortunio cōmoti fui  
 mus. Scripsimusq; mox regie maiestati q̄ nobis de  
 patre sincero & optime merito testificāda uideban  
 tur. Rogauimus etiā pontificē maximū: ut litteras  
 ad regē daret: quibus relaxationē episcopi peteret:

eaſq; bis obtinuimꝰ. primas per caſuales quenda  
tabellariũ miſimus. ſecundas uero per Laurentium  
Rouarellã deſtinauimus: qui nunciuſ apoſtolicꝰ ad  
regem profectus eſt: que quis tarde hinc uenerit te  
ſtimoniũ tamen prebebunt noſtre in eꝰm caritatis  
Poſtremo que ſuades fecimus. cõgratulatorias enĩ  
epiſtolas eidem epiſcopo & miſimus & mittemus:  
itaq; non eſt cur uerearis officiũ noſtrũ requiri poſ  
ſe. de rebus curie noſtre ſuperſedimus ſcribere: cuꝰ  
Nicolaus noſter creuil te cõuenturus ſit: ex quo cũ  
cõta uel minima que in Italia gerunt abũde cogno  
ſces. Reliquũ eſt ut bene ualere ſtudeas: archiepiſco  
poq; fideliter ſeruias: apud quem tua obſequia nõ  
erunt ſine premio. Nos auteꝰ ſemper tui memores  
erimus. Vale. & ſi Iacobus Letronus iſtic eſt: mille  
ei ſalutes noſtro noĩe dicitõ. Ex urbe Roma Kal.  
auguſti. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senenſis Iohanni Ianuterba  
chio. S. P. D. Ex nicolao noſtro creuil tibi a  
miciffimo cognoſces que apud nos gerunt:  
& quo nos in te animo ſumus: Nam quẽadmodũ  
te iam pridem dileximꝰ: ita & nunc amamus. Cu  
pimusq; tibi eſſe: & ſi quando aliquid pro te facere  
poſſemus nõ eſſet in nobis mora. Confidimus tibi  
bene futurũ apud archiepiſcopũ Saltzburgenſem q  
pro ſua ſingulari uirtute ſeruitiis tuis debita p̄mia  
non negabit. Vale igit̃: & nos eidem archiepiſcopo  
ita offeras: ut intelligat nos ſibi complacendi cupi  
dos eſſe. Datũ Rome Kal. auguſti. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senenſis dño de Roſis. S. P  
D. Magno merore affecerunt nos littere ami



corum quibus clarissimū & spectatissimū filius tu-  
 um Henricū diem clausisse extremū cognouimus:  
 doluimus certe illum in flore sue iuuentutis ex hac  
 luce migrasse: cū multa & pro domo tua: & pro in-  
 clito regno Bohemie facere poterat. cuius uero illud  
 molestissimū fuit q̄ senectuti tue & baculū & sola  
 men ereptū esse uidebamus. Sed cū cogitauis anix-  
 mi tui sapientiā: non dubitamus quin consolationē  
 ipse rerū mortaliū usus tibi prebeat. frequēter acci-  
 dunt hec. Sepe filii patres in morte precedunt. Ra-  
 ro est senex qui plures ex suis filiis non premiserit:  
 tolleranda sunt hec: nec dolore consiliū est ubi dor-  
 lor nihil affert presidii. Acquiescendum est diuine  
 uoluntati: omnia deus in meliorē usum cōuertit: ni-  
 hil ipse perperā: nihil temere agit. Ille sapiēs homo  
 est qui ea uult que uelle deum nouit. Nos filiū tuū  
 in eo statu: in eo tempore uocatū a deo nō ambigi-  
 mus: in quo illi melius fuit exiuisse hominē: itaq; q̄  
 uis non dubitamus magnificentiā tuam quieto esse  
 animo: & ea uelle que deus uoluit. tñ pro nostro of-  
 ficio rogamus: ut hec humana equa mente feras: &  
 quod restat cui cū reliquis filiis tuis dulciter ac sua-  
 uiter traducas: id erit nobis supra q̄ dicere possum⁹  
 acceptum. Diligimus enim summope personā tuā:  
 nec obliuioni dare possumus quāta nos caritate in  
 Viēna quondā complectebaris: & deniq; semp no-  
 bis ante oculos est humanitas illa atq; urbanitas:  
 quā nobis & Procopio rabensteyno ostendisti in  
 Crumana: uita enim nos ardenti caritate: & ut aiūt  
 euiscerata dilectione suscepisti: ut omni tēpore nos  
 & tibi & natis tuis: & his qui nascent̄ ab illis ob:

noxios esse putemus: & hoc quidem ostendemus si  
namque sese facultas obtulerit. reliqua referet Nicola  
us creuil capellanus noster dilectus: quem tue magni  
ficentie commendamus: cui tanquam nobis credentie fidem  
plenam exhibere uelis. Datum Rome Kal. augusti  
M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Ladislao regi Hun-  
garie. S. P. D. Cum superioribus diebus Iohannes  
Varadiensis episcopus apud Budam in uincula coniectus es-  
set: idcirco tuo iussu factum diceret: egre id mihi dupli-  
ci de causa fuit. Nam & presulis integerrimi ac mihi  
amicissimi infelicitati compatiebar: & honorem tuum  
pariter obnubilari dolebam: cum episcopus de tua sere-  
nitate optime meritum: & doctrina predictum singula-  
rum: tua sublimitas in carcerem retrusisse affirmaretur:  
Scriptum itaque mox excellentie tue que mihi in ea re fa-  
cienda uidebantur pro gloria tua: quemadmodum fide-  
les famuli benignis dominis suis consulere aliquando solent.  
Scriptum etiam sanctissimus dominus noster semel atque ite-  
rum. Nam qui Varadiensem pontificem & uirtute &  
nomine optime predictum intellexisset: non poterat ei  
cum indigna ferret non opitulari: nescio an hominibus lit-  
tere tuam sublimitatem adierint. illud nunc relatum est  
quod totam hanc curiam gaudio repleuit non sine preci-  
pua & ingenti laude tue sublimitatis. Nam cum episcopus  
idem non tuo motu: sed aliquo potentium impulsu  
quibus non facile resistere poteras: in captiuitatem du-  
ctus affirmaretur: Nunc illud plane dicitur quod inno-  
centem prelatum quem alieno impulsu ceperas tua spon-  
te solummodo relaxasti: ex qua re patefacta est ani-  
mi tui innata probitas: & episcopi innocentia liquefacta



Quippe sanctissimus dñs noster: totusq; cardinali-  
 um cetus rectitudinē animi tui & singularē prudē-  
 tiā magnis extollunt preconis. Ego uero qui eun-  
 dem ep̄m iam dudū uirū probatissimū esse cogno-  
 ui: eiq; singulari amicitia sum cōiunctus: nō solum  
 laudo circūsp̄ctionē & beneficentiā tuā: sed grati-  
 as quas possum tue serenitati ago pro salute homi-  
 ni mihi amicissimo restituta: intelligens nō me mi-  
 nus ea de causa glorie tue obligatura q̄ ipsum ep̄m  
 Eram etiā ante seruator sublimitatis tue multis de  
 causis obnoxius. sed accedente hoc beneficio: nihil  
 est qđ iā mihi reliq; sit quin totū qđ possū maiesta-  
 ti tue debeā. Ex Roma nonis augusti M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis electo Vratisslaviē-  
 si. S. P. D. Reuertit̄ ad partes istas dilectus ca-  
 pellanus noster Nicola9 creuil canonic9 Vra-  
 tislaviensis tibi iam pridē notus: ab eo senties que-  
 cūq; apud nos gerunt̄: & quis anim9 noster erga te  
 sit: qui & tibi & domui tue nobilissime tāto magis  
 afficimur: quāto indies patris tui frat̄e & tua erga  
 nos merita magis recolim9: itaq; nō erimus in scri-  
 bendo longiores: tantū dignationi tue Nicolaū cō-  
 mēdamus: rogātes si qua sunt que per nos tui cau-  
 sa fieri possunt: ita de nobis confidas: quēadmoduz  
 ueri amici inter se consueuerunt. Datum Rome no-  
 nis augusti. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Henrico senstlebē:  
 S. P. D. Per Nicolaum nostrum canonicum  
 Vratisslaviensem: qui uunc in Almanniam re-  
 uertitur: non putamus necessarium esse multa scri-  
 bere: ita enim repente facturus est iter: ut multi eū

precessuri sint: uisitabit enim quocumq; in loco suo  
ex more cōpatres atq; cōmatres. Nec dubitam⁹ eū  
cum ad te uenerit: quin uoluntas italicas melius re/  
ferre q̄ abdiscere ualeas: itaq; parcimus uerbis. Tā  
tum rogamus: ut in re illa Varmiēsis ecclesie si qd  
ei cōmittendū uidetur: id pro tua prudentia facias:  
Est enim Vratislauia petiturus ut ait: & a nobis lit  
teras habebit ad ep̄um illū credētiales ut si opus  
fuerit eis uti possit. reliqua ex eo audies: quem for/  
tasse licentiātū in decretis habebis. Vale: & amicis  
nostris nos effice cōmendatos. Datū Rome nonis  
augusti. M. cccc. lvi.

Neas cardinalis Senensis Iohanni cardinali  
sancti Angeli. S. P. D. Que superioribus die/  
bus apud nos gesta sunt: ea iam per alias lit/  
teras tue dignationi significauī. Nunc subiiciā que  
secuta sunt exinde: scies quid sperandū sit: quidue ti/  
mendū cōmuni xp̄ianoy. cause. Dñs noster sanctif/  
simus nōnullam aduersus Vrsinos indignationem  
induit adeo: ut etiam nepotem suū ecclesiastice mili/  
tie ducem contra illos miserit: castrumq; sancti gre/  
gorii ab eis extorserit. Nunc cōcordia tractat̄: expe/  
ctamus exitū rei. pacēq; magnopere cupimus. Nā  
bella huic ciuitati caritatē annone nō pauam indu/  
cunt. Fuit ipse sanctissimus dñs noster his diebus  
aliquantisper egrotus: nunc diuino munere cōualu/  
it: cuius prudentia nō est dubiū: quin reipublice sa/  
lubriter cōsulat. nepotes eius qui patriarchā legatū  
in orientē sequuti fuerant: atq; ibi ob quedā malefa/  
cta cōprehensi nudiusquartus rediere utque se crie  
purgent: patriarcham criminantur. Sed dño nostro



& sacro collegio cognita est illius legati integritas  
 atq; cōstātia. nec sinistri quicq; de eo facile creditur  
 An autē nepotes ipsi culpabiles sint: ut legati nunci  
 cū tradunt: id alii inuestigent: ego & accusatores &  
 excusatores eorū equis auribus accipio. Rex Arago  
num bellū habet cōtra Genuēses acerrimū: & nunc  
 una: nunc altera pars naues in mari perdit. Sed ip̄a  
Genua miro modo afflicta est: que non regis tātū:  
 sed etiā suorū exulū armis premit. Perinus dux eius  
 magno uir animo & māu promptissimus miserōs  
 ciues territat: qui se nō alio modo q̄ morte imperiū  
 positurū affirmat: & nunc hunc: nunc alium ciuem  
 ad necē rapit: qui suis cōsiliis aduersat. Rex autē per  
 hos dies ut fama est: in ligno opidū Scarlinū nomie  
 in Tuscia lucratus est: si uerū est quod hodie mer-  
 catoribus scriptū ferūt. Id erat in ptāte dñi Plūba-  
 nensis: ob quā rem sunt qui arbitrant non quietū  
 regē: nisi & Plūbini dño patiat. quod si obtinuerit  
 locū habebit oportuniſsimū: unde Senenses & Flo-  
 rentinos ac Genuēses cui uelit laceſſire possit. atq;  
 utinā nō ex hoc pax italica conturbet: hoc ē Italia.  
 Que autē in Germania gerunt optime nouit digna  
 tio tua. Cupio scire ubi loeorū atq; gentiū sis: quid  
 agas q̄ bene ualeas: & que spes sit rebus agendis.  
 Sunt enim qui dignationē tuā egrotantē se reliquif  
 se affirmant: que res mihi molestissima est. Eapro-  
 pter suadeo hortor & obsecro: ut sanitatis curā ge-  
 ras: cureſq; ut aliquādo reuertaris huc letus & sol-  
 pes: quod omnes amici tui maxime cupiunt. Ego  
 uero nihil magis desidero quā te in domo tua Ro-  
 me sepe uidere & alloqui: ac pro ueteri consuetudi-

ne mansuetudine tua & benignitate perfui. Non of-  
fero me dignationi tue: aut familie tue: uel amicis  
aliquid apud summū pontificem procuraturū. Nā  
& minimū est quod possum: & dignatio tua poten-  
tissimos cardinales habet qui eius negocia fidelissi-  
me gerūt. Itaq; nō est cur mea indigeas opera: ego  
tamen quātulus sum & tuus semper fui & ero. Ex  
Roma nonis augusti. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Martino mayr. S.  
P. D. Iocunde fuerunt nobis littere tue: quas  
in causa decani Maguntini ad nos scripsisti.  
Erant in eis plures partes: quibus breuiter respon-  
debimus. Congaudes de nostra ad cardinalatuz. p-  
motione: non est ea res nobis dubia. si quidem no-  
ster honor tuus est: & hanc dignitatē non minus ti-  
bi creditam quā nobis esse equum est te arbitrari:  
quando inter nos uera est & stabiliis amicicia: que  
iubet inter amicos omnia existimari cōmunia. Quip-  
pe si quando aliquid occurrerit: in quo uel tibi: uel  
consanguineis aut amicis tuis prodesse possimus:  
ostendemus nos memores esse ueteris beniuolentie  
& dulcis usure quā simul in multis locis habuimus  
que scripserunt nobis principes electores: & tu eti-  
am pro decano Maguntino nō obaudiuimus. Nā  
& si prepositurā Vormaciensem apud nos libēter  
retinuissemus: cōcordauimus tamē cum procurato-  
ribus eiusdem decani de permutatione: ut tam di-  
ctis principibus q̄ tibi & ipi decano: quem iam du-  
dum cognouimus & amauimus: rem gratā facere-  
mus: damus nunc operā: ut littere expediant oportu-  
tine. Illud aliquantulū durū est: quod in calce litte



rarū tuarū scribis querelas scilicet magnas fieri de  
 Romana curia: que nationem germanicā multis in  
 cōmodet modis. Quatuor capita tangis: Vnum est  
 q̄ decreta Constātiensis & Basiliensis conciliorum  
 cōpactataq̄ natiōis minime obseruent. Et quis in  
 hoc articulo omnia cōtineri uideant: tamen specifi/  
 cas q̄ electiones canonicè facte nō confirmēt. qđ  
 magna uis pecuniarū ab his qui beneficia cōsequū/  
 tur extorquetur. Quod sub colore indulgentiarum  
 & decimarū: uariūq̄ modis ex Alamania pecunie  
 hauriunt. Et deniq̄ subiūgis de gratia nostra quā  
 obtinuit de beneficiis in cōmendam habendis:  
 quam insolitam esse asseueras. Cogimur ad hec nō  
 nihil respondere. Et in primis quidem fatemur qđ  
 scribis: inclitā scilicet nationē uestrā olim fuisse flo/  
 rentem: & suis uirtutibus Romanū imperiū meru/  
 isse. Adicimus tñ & illud: excellentissimā beati pe/  
 tri sedem: postq̄ ille martirio coronatus est semper  
 Rome fuisse: in qua qui sederunt: uicariatus christi  
 tenuere: clauēq̄ ligādi atq̄ soluendi penes se habu/  
 ere: siue greci: siue Itali: siue Germani: aut ex alia gē/  
 te fuere: nec nunquā regni celestis introire ianuā po/  
 tuisse: qui Romanorum pontificum auctoritatem  
 contumaciter contempserunt. Nec hodie illis glorian/  
 dum esse: qui auctoritate propria leges sibi consti/  
 tuunt: quibus pro suo libito Romane sedis iussiones  
 spernere possunt. Hos enī catholica ueritas: nisi resi/  
 puerint ante obitū: ignis eterni mācipio sine inter/  
 missione deputat. Fatemur insup̄ aliqñ in romana  
 curia: quā regunt homīes: aliqua fieri que digna es/  
 sent emēdatione: nec dubitamus ipsos Romane ur̄

bis presules etiam inquantū homines falli:errare: la-  
bi ac decipi posse. Sed ut ad querelas tuas ueniam⁹  
dicimus tibi dignum esse: ut compactata cū uestra  
natione seruentur: idq; semper predicauimus: & in  
futurum predicare nō omitteremus: siquidem natio-  
ni tue a qua plurimū sumus honorati: nō minus q̄  
nostre afficimur. Verum cum dicis decreta Basiliē-  
sis concilii non custodiri: idq; putas iniuriosum es-  
se nationi: indignam dicimus esse querelam tuam:  
Propter decreta enī Basiliensis concilii inter sedē  
apostolicam & nationem uestram discidium cepit:  
cum uos illa prorsus tenēda diceretis: apostolica ue-  
ro sedes omnino reiiceret. Itaq; fuit deniq; compo-  
sitio facta: in qua nos imperatorio nomine interfu-  
imus: eam certam legem dedit: deinceps inuiolabi-  
liter obseruandā: per quam aliqua ex decretis con-  
cilii predicti recepta uident̄: aliqua reiecta. itaq; nō  
iuste agis si per omnia seruanda esse decreta contē-  
dis. Sed uenio ad electiones quas passim contēpni  
refers: Hoc nos nō inuenimus ita esse ut asseueras.  
Nam postquā ex Almania huc uenimus: plures ec-  
clesie cathedrales eiusdē nationis uacauerūt: in qui-  
bus uel postulationes facte: uel electiones fuere. de  
postulationibus nihil est quod obiūci possit. Nam  
ille ex gratia pendent etiam uetusto iure liberumq;  
est pōtifici maximo eas admittere uel reiicere. Ele-  
ctiones autem si canonice fuerint: compactatorum  
uigore confirmationē merētur. Nec repelli possunt  
nisi de utiliori persona Romanus pontifex de con-  
silio fratrum suorum sancte romane ecclesie cardī-  
nalem duxerit prouidendū. Sed neq; hic est aliqd

*Dissidij  
causa.*



quod reprehendi merito possit: de tempore dicim⁹  
 quo Romanā curiam sequimur: neq; enim iam bi  
 ennio tantum est quod hic sumus: ulla electio huc  
 allata est: que rite & canonicè facta comparata sit.  
 Nam Traiectensis electio: de qua magni rumores  
 habiti sunt: in personam excōicata; ceciderat. Alie  
 uero alios defectus habuere: itaq; uides nō esse: cur  
 uestra natio circa electiones iustam querelam habe  
 at. Quod deinde subiungis: extorqueri multū auri  
 ab his qui dignitates uel alia beneficia assequuntur:  
 non est cur de hac sede cōqueramini: sed potius de  
 cupiditate & ambitione uestrorū hominū: qui cur  
 rentes pro episcopatibus iuueniētes competitores  
 his quibus palaciū patet: certatim pecunias offerūt.  
 Illi uero qui alloqui pontificem possunt non sunt  
 omnes similes angelis: sed quales in Almaniam Gal  
 liaq; multos reperias. recipiunt enim quod offertur  
 non extorquent. Romanus autē presul solus in tha  
 lamo suo: nunc hos: nūc illos audit: & illos promo  
 uere solet qui magis cōmendantur: nec scit nec etiā  
 arbitratur pecunie causa hos aut illos cōmendatio  
 ne preferri: nec sibi plus auri datur quā concordata  
 permittant: nisi fortasse aliquando occasione expe  
 ditionis cōtra turcos aliquid super annata recepit:  
 quod sibi profecto non fuit in tanta necessitate ne  
 gandum. Habes ergo & in hac parte responsione;  
 nostram. De pecuniis indulgentiarū miramur fieri  
 querelam. Nam ille postquā collecte fuerant profe  
 cto Romani pontifici arbitrio non alterius erāt di  
 stribuende. De decimis quoq; credimus non esse in  
 dignum quod refers. Nam si alie nationes pro ex

peditione contra turcos habenda decimas exhibēt.  
nō uideamus: cur etiam Theutonēs nō contribuāt.  
Laudamus tamē in ea re debitos exhibere modos.  
Ceterū cum tota questio de pecunia uertatur: dici-  
mus hanc uetustissimā esse querelam: que nunquā  
auferrī potuit. Semper enim sunt homines pecunia  
rum auidi & quodāmodo infatiabiles: qui cuz mul-  
ta lucrari uelint: exponere aliquid sacrilegiū putant.  
Nec ulla gens est: que animo equo ex regione sua  
asportari aurum ferat. Hungari almanos ea potissi-  
mū causa detestantur: q̄ in regno suo negociantes:  
multū auri asportant. Eadez querela est Polonorū  
eadē Dacorū. In Almania quoq̄ q̄ plures gentes  
reperiemus: quarū altera inculat alteram: quasi ar-  
genti sui extortricem. nec curie uestrorū pontificuz  
accusationibus carent. Patet itaq̄ longe lateq̄ hoc  
genus querelarum. Verum quia dicis Germaniam  
uestram quondam ditissimā fuisse: nunc uero pror-  
sus exhaustam ex omni ere uacuam esse. Nos con-  
tra sentimus: illudq̄ audacter dicimus: nunq̄ Ger-  
maniam ditiozem fuisse q̄ hodie: nunquā ornatio-  
rem: nunquam armis potentiozem: si uni domino  
paruerit. Namq̄ si legamus uetusta tempora: inue-  
niemus germanos olim ritu uixisse barbaro: uesti-  
bus usos laceris: uenationi tantum: & agrorum cul-  
ture dedisse operā: feroces quidem homines: & bel-  
li appetētes: sed argenti prorsus inopes: quib⁹ quip-  
pe nec uini usus erat. Ipsa quoq̄ Germania intra  
mare & Danubium: rursusq̄ intra Rhenum & Al-  
bni continebatur. Nunc uero quantum transgres-  
sa sit suos limites non ignoramus. Nam plus fere



47

est quod extra nacti estis in Gallia: Retia: Norico:  
Vindelico: atq; in ipsa Scythia seu Sarmatia: quaz  
quod intus habuistis. Quid memoremus nobilissi-  
mas urbes uestras & splendidissimas: ditissima tē-  
pla: opulentissimos principes ac prelatos. Certe nō  
uidemus prouinciam esse: que computatis oīnibus  
uestram superet. Quod si resurgeret aliquis illorū;  
Theutonū: qui tempore Iulii cesaris uixit: Germa-  
niā peragraret: ut Arionistis profecto diceret: non  
esse eam terram quam olim uiderat: negaretq; suā  
esse patriam cum uinearum & arborum fructifera-  
rum consitiones: uestitus hominum: urbanitatē ci-  
uium: atq; etiam splendorem urbium: tantamq; ni-  
tidam policiam apud uos contueret. Verum hanc  
mutationem quis fecit in uobis: nisi religio christi.  
Cultus quippe christane religionis: a uobis barba-  
riam omnē expulit: atq; ita expoliuit: ut iam Greci  
ipsi barbari: uos autem recte latini appellari mere-  
amini. Cultum autem salutifere religionis: si uerum  
fateri uultis: Roma uobis & apostolica sedes dedit  
que predicatorum ad uos mittens: idolorū relinque-  
re cultum: & uerū deum colere docuit. Plus est hoc  
Martine quā aurum & argentū. Plus est quod ac-  
cepistis quaz quod datis: itaq; decet uos accepti be-  
neficiū memores esse. Quod quidem tantum est: ut  
nulli possit thesauro compēdari. Transimus modo  
ad eam epistole tue partem que nos cōcernit. Dicis  
nos & alios plerosq; sancte Romane ecclesie cardi-  
nales insolitas apud uos reseruaciones habuisse: in-  
deq; multos exoriri rumores. nos & Metēsez olim  
cardinalē: & alios nōnullos sibi uos gratius cō-

pertum habemus: & ab illis litterarum nostrarum  
formā extraximus reprehendis q̄ hee littere cōpa-  
ctatis aduersari uideantur. Dicimus nihil in eis es-  
se contra ea que concordata uocant̄: nisi fortasse il-  
lud recenseat̄ quod etiā monasteria reseruari uiden-  
tur: in quibus electiōi locus esse debet: Nos de hac  
parte abunde satisfecimus domino nostro. duo enī  
diximus eius beatitudini. Primū quod nullius mo-  
nasterii electionem impediri uellemus. Alterum q̄  
nullū monasterium acceptaturi essemus contra uo-  
luntatem eius principis in cuius ditione situm esset.  
Et ita pcuratoribus nostris dedimus in mandatis.  
Quod si putas etiā collegiatay. prepositurā electio-  
nes confirmandas esse: neq̄ debuisse nos earum re-  
seruationes acceptare longe falleris. Nam cōcorda-  
ta ipsa dignitates primas post pōtificales: & in col-  
legiatis ecclesiis principales apostolice sedis dispo-  
sitioni permittunt. In aliis autem beneficiis inferi-  
oribus: habet ipsa sedes suos menses. Quod si super  
huiusmodi beneficiis ac dignitatibus reseruaciones  
obtinuimus: accepimus a summo pontifice: quod  
nobis concedere potuit sine cuiuspiā iniuria. Sed ar-  
bitraris fortasse beneficia q̄ in Germania sunt ger-  
manis potius cōmitti debere q̄ ex̄neis: nec nos alio-  
ter sentimus. Sed cū nos iā annis supra. xxiiii. Ger-  
maniā incoluerimus: nō reputamus ex̄neos existia-  
ri debere: cūq̄ imperatori: ipsiq̄ nationi longo tpe  
summa fide: magnis laboribus seruiuerimus: & nūc  
ad cardinalatū recepti ea curemus: que nationis ip̄i  
us honori atq̄ utilitati cōducāt: & ita prorsus agat̄  
mus: ut natione Germani potius quā Itali repute-



mur. Non iudicauimus tribus illis prouinciis Ma-  
 guntine Colonienſi Treuerenſi indignū uideri: aut  
 graue cēferi: ſi annua duo milia ducatoꝝ in eis ob-  
 tineremus ex illis beneficiis que ſedes apoſtolica cō-  
 ferre haberet. Putauiffemus etiā maiora in eadē na-  
 tione: cui ſemper ſeruiuimus ſponte offerre. Sed nō  
 ſumus nos inſatiabiles. cōtentamur eo qđ pro debi-  
 ti ſtatus conſeruatiōe ſufficiat: nec plura circa hoc  
 Quod autē operas tuas ad id offeras: ut gratie noi-  
 ſtre fructum conſequamur. Agimus tibi gratias: qđ  
 partes amici nō negligis: idqđ rogamus: ut interue-  
 niente caſu oportuno prorfus efficias. Scis que ſit  
 mens noſtra: & quomodo gratiam noſtrā reſtrictā  
 eſſe uolumus: ſi qua prepoſitura uacauerit: aut eccle-  
 ſia parrochialis magni redditus: uelis ita efficere: ut  
 ad complementū gratie noiſtre peruenire poſſimus.  
 Deniqđ requiris: an aliquid dicendū faciendūue ſit  
 circa eam partem que nationē ueſtram & aplicam  
 ſedem cōcernit. Reſpondemus uenturū eſſe ad prin-  
 cipes electores nunciū aplicum Laurentiū rouarel-  
 lam: cum eo poteris ſuper hac re plenius loqui: ſibi  
 qđ cuncta cōmunicare: qui pro ſua circumspectiōe  
 nō ignorabit: qua uia ſit in talibus incedendū. No-  
 bis tamen illud conſilium uideret: qđ prelati & prin-  
 cipes ueſtri ſi qua in re grauamina ſibi nō digna in-  
 ferri putant: legatos ſuos ad Romanū pontificem  
 mittere nō poſtponerent: & que ſunt illa in quibus  
 grauarent exponerent: peterentqđ debitam fieri re-  
 formationē. Nam ſedes iſta pro ſua inſita manſue-  
 tudine uotis ueſtris: que quidem ratiōe ſubnixā eſ-  
 ſent: nunqđ denegaret aſſenſum. Nos autē & ſi pay-

ualemus: studia tñ nostra semp i eo dirigem⁹: ut in  
clite nationi Germanice dū equa postulauerit mos  
gerat. Vale optime. nosq; archiepo Magūtino cui  
oro ueteri noticia sumus affectissimi effice cōmen  
datos. Ex roma die. viii. augusti. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis episcopo Varadiē  
si. S. P. D. Quantū de captiuitate tua indigna  
& acerba doluimus: tantū modo deliberatiōe  
gausi & summopere exhilarati sumus: quippe non  
solum dignationi tue: cuius bonitas ac innocentia  
magnifice patefacta est: Verū etiam serenissimo re  
gi Ladislao congaudemus: cuius beneficētia & ani  
mi rectitudo indies magis ac magis elucescit. Nāq;  
sicut nobis relatum est: cum persona tua in arce Bu  
densi retenta fuit: minime animus regius ad eā rem  
inclinatus erat: sed seduxerunt eum eorū cōsilia qui  
tue uirtuti inuidebant: nec rex adhuc iuuenculus: &  
in regno nouus magnis cōsultoribus aduersari au  
debat: cessit furori loco & tempore. Illud tñ cauit:  
ne quid in corpus tuū emuli tui molirent: sed nunc  
que sua mens fuerit aperte liquet. Nam qui alieno  
cōsilio atq; importunitate dignationē tuā in car  
cerem cōiecit: idem suoapte ingenio libertatē tibi re  
stituit: ob quā rem nemo est qui nō intelligat captu  
ram tuā: ab emulis tue probitatis: liberationem ue  
ro ac salutem: a solo rege processisse. Est igit quod  
& tu serenitati regie quēadmodū hactenus fecisti  
ita & in posterum summa cum integritate seruias.  
Nos aut & ceteri q te amam⁹ grās agam⁹: qd nos  
quidē minime negligemus: eramus hacten⁹ occupa  
ti: ut liberationē tuam litteris apostolicis & nostris



procuraremus: quatenus bis regio culmini trāsmi  
 sumus: quarū primas mox intellecta nouitate tranf  
 mitti curauimus. alteras uero Laurentius rouarella  
 nuncius apostolicus secum attulit: cui etiam uerbo  
 procuratio tue salutis nobis annitentibus cōmissa  
 fuit. sed intelligemus eū tuam dignationē iam resti  
 tutam libertati inuenturū. quod quidē gratissimuz  
 est. Nam & regratiari regi q̄ supplicare longe ē pre  
 stantius: & honor tuus maior proculdubio reddi:  
 cum nō precibus sed innocentie libertatē tuā cōces  
 sam esse manifeste liqueat. Rogamus igit̄ deinceps  
 bono animo sis & iocunde uiuas: de nobis uero tā  
 quā de ueteri & fideli amico fiduciā obtineas: sciēs  
 q̄ uotis tuis: que quidē nostra in potestate fuerint  
 nunquā deerimus. Vale: & reuerēdissimis patrib⁹:  
 Strigonienſi & sancti Angeli cardinalibus aposto  
 lice sedis legatis: si quando cū eis conuenies memo  
 riam nostri facito. Datum Rome die decima augu  
 sti. M. cccc. lvii.

Neas Cardinalis Senensis Casimiro regi Po  
 lonie. S. P. D. Cuz uacaret nuper ecclesia Var  
 mienſis: Cōuenientes canonici eius in Glogo  
 uia maiori: & cogitantes de futuro pontifice uota  
 sua in me direxerunt: postulantes a summo pontifi  
 ce: ut ecclesiam illā mihi cōmitteret. Idemq̄ fece  
 rūt serenissimi principes domini imperator: & rex  
 Hungarie atq̄ Bohemie cōsanguinei & affines tui  
 annuit beatissimus pontifex eorū precibus & sum  
 mo Cardinalium consensu ecclesiam illam mihi cō  
 mendauit: mittam prope diem procuratores meos  
 ad serenitatem tuam cum litteris apostolicis: qui:

bus precor: ut ad possessionē capiendam necessari-  
os uelis impartiri fauores. Scio enim quia sine tua  
opera parum proficerent: cuius iam Pruscia in manu  
tua pene tota esse feratur. Intelligā me magno mu-  
nere donatū a tua mansuetudine: si mei procurato-  
res ut nō ambigo tuis adiuti presidiiis: ecclesie pre-  
dicte possessionē cōsequant̄. Facies rez gratissimā  
summo pontifici & sacro collegio: simulq; impera-  
tori & regi Hungarie: quos non dubito maiestati  
tue pro me scripturos esse. Ego uero conabor: no-  
ctes diesq; omni studio & diligentia tue serenitati  
me gratum ostendere: atq; ita efficere: ut mihi p̄fui-  
isse tuam clemētiā non peniteat: iamq; pro mea ui-  
rili in sacro collegio honorē tuū tuta recepi. Namq;  
cum ageret̄ de Culmensi ecclesia pro qua scripseras  
essentq; qui omnino illam cōmittendā esse dicerēt  
procuratori magni magistri ordinis beate Marie  
Theutonicoꝝ ego prorsus restiti: meaq; suasiōne  
factum est: ut res suspensa sit: cum tue maiestatis p̄-  
conia: simulq; genitoris tui & germani: qui pro fu-  
de catholica in bello contra turcos obiit. Clarissu-  
mas uirtutes retulisset: quibus auditis sanctitas a-  
postolica: que prius inclinata erat ad promouendū  
procuratorē ordinis: mox sententiā mutauit: decre-  
uitq; super sedere: ut interea temporis aliquid de cō-  
cordia & pace illarū partium tractari possit: & me-  
dio tempore rectorem aliquem siue administratorē  
illi ecclesie dare: qui tue serenitati merito displicere  
nō debeat. Verum ego pro ea qua tuo culmini de-  
uotione afficio: audeo suadere: idq; utile arbitror:  
ut tua serenitas simul cuz illis de terra Pruscie ora-



tores suos ad sedem apostolicam mittere quantotius studeat uiros prestabiles & auctoritate insignes: qui offerentes uiam iuris ac concordie cum aduersariis eorum sanctissimo domino nostro cenfuras ecclesiasticas in terra Pruscie quomodo fulminatas aut tolli aut suspendi petant. Spero enim eo modo res magnifice ad honorem tue sublimitatis: & illarum partium tranquillitatem conduci posse: cum sanctissimus dominus noster ad hec optime sit inclinatus: & multi sint in sacro collegio cardinales reuerendissimi: maiestati tue affectissimi: inter quos est reuerendissimus dominus Rothomagensis. Ego uero minimus inter omnes: nihil omittam ex his que ad augmentum status & glorie pertineant tue sublimitatis: cui me humillime recomendo. Ex Roma die ultima augusti. M. cccc. lvii.

Alixtus episcopus seruus seruorum dei: Carissimo in christo filio Federico Romanorum imperatori augusto: Salutem & aplicam benedictionem. Quauis apostolice sedi sicut placuit altissimo presidentes: ea nos semper cura tenuerit: ut inclite nationi Germanice pro nostra possibilitate concoplaceremus: & omnibus illinc ad nos recurrentibus faciles ac benignas prebeamus aures. Nuper tamen sicut nobis relatum est: nonnulli ex uenerabilibus fratribus nostris ac dilectis filiis nobilibus uiris Romani imperii electoribus: & alii plerique principes ac prelati nationis eiusdem dieta quadam siue conuentu inter se celebrato: oratores suos ad te miserunt: qui de nobis deque curia nostra non paruum querelam facientes. Inter cetera exposuisse feruntur quod

nos diuersis modis nationē ipsam aggrauantes: q̄  
inter te nomine nationis: & antecessorem nostrum  
felicitatis recordationis Nicolaū papam quintum con  
cordata fuerūt minime adimplere aut obseruare cū  
remus: quibus ex rebus: & si non dubitemus sereni  
tatem tuam pro sua erga Romanam ecclesiam exi  
mia deuotione illorū querelas acriter ac debite cō  
futasse. Dignū tamen putabimus super his que no  
bis obiiciunt: sinceritatem & innocentia; nostram  
tue sublimitati perspicuam ac manifestam efficere:  
ut siquādo post hac similes querimonie ad tuas au  
res deferātur: habeas ex nostris litteris quod mur  
murantibus ac detrahētibus hominibus responde  
re atq; obiicere possis. Equidē cum nos omēs chri  
stiani orbis nationes benigne: quantū cum deo pos  
sumus tractare curemus: Precipue tamē Germani  
cos principes ac prelatos singulari quadam carita  
te: & precipuo prosecuti sumus affectu. Neq; enim  
nos latet quo fauore amplectendi sunt ecclesiarum  
presules: & quo seculi principes honore preueniēdi  
ut illos fratrum: & istos filiorū loco sua cuique dig  
nitate seruata habere debemus. Sunt euangelia sa  
cra semper ante oculos nostre mētis: sanctorumq;  
patrum decreta sedulo in animo uoluimus. Noui  
mus quid episcopis liceat: quid p̄cipes deceat: qd  
officio summi sacerdotis incumbat. Neq; cordi no  
stro quicq; tenacius heret: q̄ ita sacros canones ob  
seruare: ut idonei ministeriorū xp̄i dispensatores in  
ueniamur. Nota ē oībus ap̄ice sedis auctoritas: ma  
nifesta cuiq; prime sedis dignitas: vulgata p̄ orbē  
uicarii dei potestas: cui dictū est a dño: Pasce oues



meas. Et quodcūq; ligaueris super terrā: erit ligatū  
& in celis. Et reliqua quibus in euāgelio Romani  
p̄sulis eminētia diuinitus declarat. Quibus ex reb⁹  
nō est: cur aliquis opera nostra criari possit tanq̄ la  
tius euagemur q̄ nobis liceat: aut tanquaz in alienā  
messē falcē mittere uideamur: cū nō huius aut illi  
us prouincie: sed uniuersi orbis presulatū in aplice  
sedis specula cōsequuti sum⁹: Que cū ita sint: scim⁹  
tñ eos qui uocati sunt in partē sollicitudinis nō es  
se turbandos: suāq; cuiq; iurisdictionē: nisi forsitā  
abutan̄ seruandā esse nō ignoramus. Ea propter  
ita nos gerere in hāc usq; diem curauimus: ne q̄ de  
nobis cuius hominū querela competere possit. nec  
putamus aliquos esse: qui se lesos aut spretos a no  
bis dicāt: nisi fortasse aliqui fuerint: qui desideria  
sua nō recte metiētes: tunc se contēptos aut grauā  
tos arbitran̄: cum petitionibus eorū iniustis nō an  
nuimus. Sed auduimus rumorē esse tanq̄ aurū ex  
natione tua: supra q̄ deceat extorqueamus. Iniuriā  
tur profecto nobis: & a uero longe recedunt qui ta  
lia dicunt. nihil unq̄ nostro nomie ab his extortū ē:  
quibus beneficia cōtulimus ut illi garriūt. Nihil ex  
actū: nihil petitū preter annatā uetusto iure debitā.  
At si q̄ cōtra turcos pecūiaria nobis subsidia obtu  
lerūt nō recusauim⁹. nec recusare quidē debemus p̄  
tāta xp̄iane religiōis necessitate. Pecūias aut hmōi  
& alias undecūq; ueniētes nō usurpamus nobis: nō  
recondimus in archa: non exponimus in iocalibus:  
non consumimus in deliciis: sed in defensionem fi  
dei conuertimus: & in oppressionem perfide thur  
corū gentis ad nostrum exterminū semper intēte.



Innumerabiles sunt & intollerabiles nobis quas in dies subimus expense: nunc in orientem legato clas sis nostre: nunc in Albaniã Scanderbechio fortissu mo christi athlete indefessoq; bellatori: nunc lega tis & oratoribus in diuersas mundi partes emissis nunc istis: nunc illis per Greciam & Asiam laborã tibus: ne destituti periclitent. pecunias mittim⁹: nec fuerunt inanes huiuscemodi sumptus: licet enīz noi bis in domino gloriari: qui per ministros suos torp entibus ac pene dormientibus cunctis ferme xp̄ia nis principibus nobis tantūmodo instantibus atq; urgentibus turchorū superbissima cornua: & insolē tissimas acies apud Hungariã confregit: magnūq; illum & potentissimū exercitū prostrauit: qui si no Hungariã modo: sed Germaniã totam Galliã atq; Italiam proterere: legemq; christi funditus euerte re promittebat. Itaq; liberauit dominus populū su um sub presulatu nostro: plebemq; suã ex ipsis quo dāmodo faucibus crudelissimi leonis: siue imanissi mi draconis eripuit: nunc quoq; classis nostra rho dum tuet̄ Cypriū Mithilenē Chiū: & omnes in ori enti christiani nominis insulas: que sine tali p̄sidio haud quaḡ turchorū manibus indies incurfantibus resistere potuissent: quodq; laudabilis ē: ac diuino nobis munere cōcessum: nō tantū quas diximus in sulas: Legatus noster sua prudentia & armorū ro bore tutatus est: sed alias plebesq; turchorū domio feruientes: ad apostolice sedis deuotionē obedienti amq; redegit: Nouissimeq; nō pauca eorundē thur corū nauigia ad oppugnandas christianorū insulas exeuntia potenter inuasit debellauit in potestātē re



cepit. nec Albania ingruentes barbarorum impetus proximis diebus inclinare potuisset: nisi nostrarum interuenissent pecuniarum auxilia que Scanderbechio misimus. In his nos rebus pecunias consumimus: in his profundimus quicquid undecumque corrodere possumus auri uel argenti. honorem dei non nostrum querimus. pro salute populi nobis commissi laboramus: non oro priuata utilitate nostra. curamus ne nostro tempore christianum nomen spurcissimi turcorum pedes conculcare possint. Sed non sunt hec onera que nos soli portare queamus: uel sedes apostolica ualeat per seipsam tollerare: facimus tantum quod possumus: & quiescentibus aliis qui nobis auxilio esse deberent instamus: acceramus: urgemus: nihil omittimus ex his que facultates nostre permittunt. Necessaria nobis detrahimus: ut incubenti necessitati pro parte nobis possibili subueniamus. Que cum ita sint: audent tamen nonnulli parum quidem religiosi: & ad conueniens bonum minus intenti: nos redarguere: quod ab his pecunias recepimus qui promouent: quis sponte oblatas in classem contra turcos emissam quod quod inique agunt iam plane prospicis. Sed aiunt plerique concordata: de quibus mentionem supra fecimus per nos minime obseruari: affirmantes electiones episcoporum: aliorumque prelatorum nos paruipedere: ac prorsus obuiere: quod pari modo neque uere neque iuste nobis subiicit: neque enim electiones prelatorum in Germania factas quouis pacto contempnimus: neque ex concordatis omnes passim electiones confirmare tenemur. sed illas tantummodo que canonice reperiuntur: quod quidem a nobis diligenter custoditum est. Nunquam enim aliquam electionem reiecimus quam repimus esse canonicam

Viros autē q̄plures illis ecclesijs siue monasterijs p̄  
ficimus: in quibus electis etiā minus canonice p̄ten  
debant. Quod si aliqui sunt qui cōfirmationē petē  
tes nō obtinuerint: sunt autem paucissimi. Sciant se  
idcirco ex sua petitiōe cecidisse: quia nec canōica fu  
erat eorū electio: nec p̄motio ecclesijs ad q̄s uocabā  
tur fuisset utilis. Potestate autē illa que nobis ex di  
uino atq; humano iure: simulq; cōcordatis ex predi  
ctis competit prouidēdi ecclesijs de persona magis  
idonea: etiam si canonica in illis electio facta repe  
riatur. Adhuc nō sumus usi: nec uti proponim⁹: ni  
si ex magna & urgentissima causa. Super reseruari  
onibus autē: ceterisq; beneficiorū prouisionibus: de  
quibus similiter accepimus querelas coram tua se  
renitate fuisse propositas. Non sumus memores a  
liquid a nobis esse concessum contra concordata p̄  
dicta. Quod si quid tale factū est: ut sepe in multi  
tudinē litterarum ac negociorum aliqua transeunt:  
neq; bene digesta: neq; bene reuisa: Nō est intentio  
nis nostre: aut ordinariorū mensibus derogare: aut  
concordatis ipsis cōtrauenire. Quinimo quis liber  
rime sit apostolice sedis auctoritas: nullisq; debeat  
pactionū uinculis coherceri: ex mera tñ liberalitate  
nostra: ex zelo quem gerimus ad pacem: ex caritate  
qua te tuamq; nationam prosequimur: concordatis  
ipsis locum esse uoluimus. Nec patiemur ea temere  
uiolari: dū Romane sedis gubernacula retinebim⁹:  
Si quid preterea est quod ipsi nationi molestū uide  
atur ex his que prodeunt ex nostro folio. Idq; for  
tasse dignū emendatione censet. Possumus eniz &  
non ut homines aliqui labi atq; errare: in his maxi



me que facti sunt. Non decet ep̄os aut alios quo su  
 is mortales super aplicam sedem auctoritatem sibi  
 uendicare. aut illos imitari quoquo modo: qui pes  
 simo more: detestabilisq; exemplo in perniciē ecclē:  
 astice iarchie in confusionē mixti corpis xp̄i ī ani  
 marū suarum ruinam leges sibi cōstituūt: per quas  
 licitum sibi esse arbitrant: apostolicę sedis manda  
 ta contēnere: ac pro suo uoluntatis arbitrio ecclesia  
 stica disponere spiritu aliaq; negocia. Nam qui ta  
 lia presumunt alieni sunt: deum patrem suū appella  
 re nō possunt: qui matrē ecclesiam recognoscere no  
 lunt: sed tanq̄ membra: uel putrida: uel arida a reli  
 quo corpore rescindi debent Nulli enīz premissa fa  
 cultas est: ut contra Romanā ecclesiam omniū fide  
 lium matrē ac magistrā recalcitrare possit: uel se ab  
 illius imperio subtrahere. Cōmēdandus est una in  
 domo pascalis agnus manere oportet in Archa re  
 gnāte diluuiio cui cura est ne pereat: unus deus: una  
 fides: unū baptisma: unus xp̄i uicarius in terris est:  
 qui celos benemerentibus aperit. Claudit autē mali  
 gnantibus. Siquis autē arbitratur secum non bene  
 agere apostolicā sedem recurrere ad eam debet: gra  
 uamen suū exponere: remediū petere. nunq̄ pia ma  
 ter filioꝝ desiderio deerit qđ uiderit ad salutē eoꝝ  
 pertinere. Et tu ergo serenissime imperator siquid  
 arbitraris tue natōis platos habere qđ per nos emē  
 dari debeat: admone eos: hortare eos & urge: ut ad  
 nos ueniētes: suas nobis necessitates exponāt: gra  
 uamā referāt: desideria pferāt: nā uotis eoꝝ q̄ a rō  
 nis tramite nō discordēt tāto libētī⁹ annuem⁹: q̄to  
 cōfidētī⁹ eos ad nos recursuꝝ hrē uidebimus. Cete

rum: quia carissimū in christo filium nostrū Ladis-  
laum Hungarie ac Bohemie regem illustrem nodū  
reconciliatum tibi esse percepimus: sed adhuc inter  
te atq; ipsum lites esse feruntur peringentes: quam-  
uis nō dubitamus pro tua te sapientia ea dumtaxat  
seu querere seu uelle que sint equitati ac iusticie con-  
sona. quia tñ discordia uestra tanto magis nos an-  
git: quāto magis xpiane reipeblice damnū resultat.  
Serenitatē tuā rogam⁹ ut ante oculos ponas primū  
cū quo cōtēdis & ubi cōtēdis: quia cū carne tua: cū  
sanguine tuo: cū fratre tuo: & in domo tua: in agris  
paternis: in hereditate auita bellū geris: in quo nec  
perdere nec uincere tutum est. Considera q̄ tu im-  
perator es aduocatus ecclesie: protector fidei catho-  
lice: primus inter seculi principes: primus qui arma  
pro defensione religionis nostre induere debeas: cō-  
sidera q̄ tu ille es in quem omniū christianorū ocu-  
li coniecti sunt: quasi quēadmodū tibi ex officio in-  
cumbit aduersus impiam turcorū gentem arma p̄-  
moueris: uniuersos ferme reges ac principes ut te se-  
quant̄ prouocabis: labentemq; rem xpianā magnū  
fice subleuabis. Sin uero domi manseris aliis occu-  
patus curis: nemo erit qui bellum xp̄i gerere uelit.  
Erisq; tūpse causa cur nostro tempore fides catho-  
lica negligat̄. Intellexisti que fecerūt turci superio-  
ribus annis Constantinopolim oriētalis imperii ca-  
put: ac totius Grecie colmen inuaserunt: ut urbes q̄  
plurimas incenderūt: ut xpianum sanguinez effude-  
runt: ut altaria euerterunt: ut sanctoꝝ reliquias ca-  
nibus obiecerunt: ut imagines dei nostri: gloriosęq;  
matris eius aut lanceis effoderunt: aut sputis lutoq;



deturparūt. Scis que nunc cogitant: que parant: que  
 molunt. Nullū illis studium ardentius: nulla cura  
 propensior est q̄ ut ea agāt: per que possint xpianā  
 gentē funditus perdere. uincula: uerbera: necesse fidei  
 libus omnibus cōminant: prope est eorū gladius: &  
 adesse festināt tempora. Et tu interim ac patruelis  
 tuus arma: que merito in hostes fidei uerterent: cō-  
 tra subditos & uasallos uestros exercetis. Dices for-  
 tasse quieuissem: nisi me magna necessitas impulisset:  
 sed parate fuerūt insidie mihi: hereditas mea in  
 periculo posita est: coactus sum arma pro defensione  
 mea capescere: inuitus pugno cū sanguine meo:  
 possibile est qđ ais: nihil inficiamur age: sint uera q̄  
 refers omnia: sit iustissima tua causa. At iustius est  
 pro christo pugnare: & maior necessitas est hereditatem  
 xp̄i q̄ tuam defendere. Si tua perit: & adhuc  
 ubi salueris. Sin perit xp̄i hereditas: qđ tñ nullo pacto  
 futurū putam⁹: & tuā hereditatē perire oportet:  
 & xp̄iane reipublice fundamenta corruere. Cogita  
 igitur de cōmuni periculo prius: & maiora minori-  
 bus antepone. Exquirito omnes uias quibus cum  
 patrueli tuo: quātū sanguine iungeris: tantū dilectione  
 & affectū sincero copuleris. Nec illi imputes:  
 quomodo que per alios etati tenere subgerunt. Au-  
 diuimus dilectum filium nobile uirum Lodouicū  
 Buarie ducē inter te & ipsum patruelē de pace ac-  
 turū in Aufriā descendisse. Credimus & dilectum  
 filiū nostrū Iohannē cardinalē sancti angeli aplice  
 sedis legatū: quēadmodū sibi scripsimus eisdem tra-  
 ctatibus inter futurū. Age flecte animū: & ample-  
 ctere bona mente concordiam. Noli omnia que tu

bi debentur exquirere. esto contentus his que potes  
obtinere. Nec graueris pro bono pacis de tuo iure  
paucā dimittere. Deus pro cuius causa pacem acci-  
pies maiora tibi retribuet. cōmendabunt omnes sa-  
pientiā tuā: q̄ furori temperantiam arrogantie hūi-  
litate duricie mansuetudinē: tenacitati largitate ob-  
iecerit. Sit finis aliquando ciuilis & intestine discor-  
die: ut tandem cum patruale tuo reconciliatus & tu  
& ipse: ceteriq; Germanice terre proceres: quorum  
conueuit in armis esse inuicta uirtus: unitis iam ui-  
ribus ac concordibus animis in turcos militaria si-  
gna feratis: infelices christianos: qui per Greciā ca-  
ptiui merentur: a iugis seruitutis eximatis: ac regi-  
am ciuitatem que de Constantino cesare nomen ha-  
bet: quam turpiter pridem amissa fuit: tam gloriose  
recuperetis. Hec scripsimus tue serenitati non si-  
ne fiducia singulari: pro ea qua tibi & inclite natio-  
ni tue ingenti caritate sumus affecti. Tuum est: ut  
hec tam bono animo recipias quā sunt a nobis op-  
timo corde prolata. Datum Rome apud sanctū Pe-  
trum pridie Kal. septēbris. M. cccc. lvii. quibus aud  
Neas cardinalis Senensis Ottoni & Ludoui-  
co Buarie ducibus. S. P. D. Obtinuistis tan-  
dem ecclesiam Ratisponensem reuerendo pa-  
tri Ruperto filio & nepoti uestro cōmendari. Satis-  
factum est desiderio uestro. merebant inclita domus  
uestra exaudiri in suis precibus: nec talis est ecclesia  
Ratisponensis: que uel probitati: uel nobilitati eius-  
dem Ruperti satisfaciat. Duo tamen obstabant pe-  
titionibus uestris: Etas scilicet promouēdi minor:  
& capituli ipsius ecclesie desiderium: a quo erat ali



us electus: non indignus: neq; ignobilis. Sed cum  
 repetisset pietas domini nostri electionē ipsam mi-  
 nus canonicam esse: & hinc electi: inde Ruperti me-  
 rita libraret: pertulit deniq; nobiliorem: Nec putat  
 uit in etate momentū esse faciendū: quam tante do-  
 mus claritas cōmunisset. Est igitur uestrū recogno-  
 scere hoc beneficiū ab ipso sanctissimo domino no-  
 stro: qui & si fecit quod debuit: honorandus est ta-  
 men iuuandus & extollendus: qui hoc tempore no-  
 bilitatis cultor & cōseruator existit. Verum cum  
 ecclesiam Ratisponensem que olim florētissima fu-  
 it: & a progenitoribus uestris fundata magnis opu-  
 bus abundauit. Tam pauperem ac pene ruentem: &  
 undiq; laceram esse intelligam⁹: Nobilitatē uestrā  
 rogamus obnixe: ut postquaz ad uestras manus re-  
 diit: & caro uestra illi preest: ita efficere uelitis: ut  
 palam omnibus fiat uos non uerbo sed opere ipsi-  
 us ecclesie protectores & aduocatos existere: Sit uo-  
 bis cōmendata cleri libertas: date operam ut distra-  
 cta & impignorata bona absq; grauiamine cleri re-  
 cuperentur. Sit ipse Rupertus ouium suarum nō lu-  
 pus sed pastor. Sit canonicorū & aliorum clerico-  
 rum non tyrannus sed pater. meminerit quia iubet  
 apostolus: ne domine ur in clero: sed tanquā forma  
 facti gregis ecclesie presidiamus: nouerit se nō eccle-  
 sie sed ecclesiam sibi cōmendatam esse. Commēda-  
 mus deniq; excellentie uestre uenerabilez Henricū  
 de Habsperg: cuius electio non suis demeritis: sed  
 propter obmissas iuris solennitates reiecta est. Di-  
 gnus est certe cui Rupert⁹ & qui res suas gerēt nō

insultent sed compatiantur: non iniuriant sed potius  
fauent & ipsum ament. Est enim uir bonus: & cuius  
nobilitati ingenii correspondet mores: etenim ma-  
nifesta est nobis eius probitas. Nam licet multa in  
eum quesita sint testimonia ad eius famam denigran-  
dam: nemo tamen repertus testis est: qui eius honori de-  
traxerit. passus est uir bonus non modicam iacturam  
Venit Romam cum grauib9 expensis. fuit hic ea par-  
te anni: quam est ardentior & periculofior aer: & peri-  
pessus est complures labores: & tandem succubuit. per-  
sequebatur causam suam: querebat honorem quem sibi  
debitum existimabat. Fecit quod ceteri mortales agunt  
Natus quis est qui electus in episcopum alicuius eccle-  
sie: non conetur electionem suam tueri: & a summo  
pontifice confirmationem obtinere: Qui episcopatum  
querit inquit apostolus: bonum opus querit. Verum  
ea usus est modestia: ea grauitate in suo iure profes-  
quendo: ut nullius unquam honori detraxerit: nullius fa-  
me preiudicauerit: nullius personam in discrimen ad-  
uexit. Idem fecere & qui cum eo missi sunt a capitu-  
lo: testes nos sumus coram quibus causa agitata est. quam  
uis in electum ipsum & eligentes nonnulla etiam cri-  
mina obiicerentur per procuratores Ruperti. Ipse  
tamen electus & sequaces eius nihil aliud quesiuere  
quam se purgatos atque innocentes ostendere. De Ru-  
perto nihil unquam reprehensione dignum dixere  
sed tam ipsum quam progenitores suos & excellen-  
tias uestras: ipsamque Bauarie domum cum magna  
ueneratione: cum summa reuerentia & singulari qua-  
dam maiestate nominauerunt. Quibus ex rebus  
iustum & supra quam iustum esse putamus: ut eun-



dem Henricū: & qui cum eo uenere cōmendatissim  
 mos suscipiatis: eisq; fauentes: ac consiliis & auxili  
 is assistētes: quod est uere nobilitatis erga nos ostē  
 datis: que uicisse cōtenta non insultat uicto: sed ui  
 ctum sepe iacentē eleuat: & in partem felicitatis as  
 sumit. Hec pro nostra erga uos caritate: & inclitam  
 domū uestram affectione dixisse uoluimus: quāuis  
 sciremus nobilitatē uestram quod scribimus per se  
 ipsam id fuisse facturū. Datus Rome die quarta se  
 ptembris. M. cccc. lviij.

Neas cardinalis Senensis Ottoni & Ludoui  
 co Bauarie ducibus. S. P. D. Annuit sanctissi  
 mus dñs noster precibus uestris: ac Ratispo  
 nensem ecclesiam reuerendo patri Ruperto filio &  
 nepoti uestro cōmendauit: uoluisse apostolica pie  
 tas eam ecclesiam multo maiore & ditioem fuisse  
 & talem: que nobilitati & moribus ipsius Ruperti  
 fatifaceret. Sed qualiscunq; est: recipi debet alacri  
 animo: & habende sunt ingentes gratie eidem dño  
 nostro: qui ualde libēter desiderio uestro studuit cō  
 placere. Cōmendamus igit excellentie uestre ecclesi  
 am ipsam & clerum eius: quibus certi sumus fundati  
 onem progenitorū uestrorū in manibus uestri san  
 guinis constitutā: felicibus incrementis augendā ef  
 se. Insuper quia uenerabilis uir Henricus de Habs  
 berg qui fuit electus a capitulo in prosecutione iur  
 is sui modestissime se habuit. Idemq; fecerunt: qui  
 cum eo missi fuerunt ad confirmationez electionis  
 petendam: dignū censemus: ut eos benigne recipere  
 & tractare uelitis: non permittentes eis aliquam  
 inferre molestiā uel iniuriā. Nam cū ipsi tā de prefa



to Ruperto q̄ de uobis & inclita domo Bauarie cū  
summa semp̄ ueneratione loquuti sint & prosequē  
di ius suū honestā causam habuerint: nō esset cōue  
niens eos propterea iacture aliquid ferre: scim⁹ hec  
per se notā esse prudentie uestre: ideo nō plura scri  
bimus. Tantū rogamus: ut si qui sint qui eos in cō  
spectu uestro criminari uoluerint tanq̄ litigādo in  
hac curia honori uestro detraxerint: nolitis illis cre  
dere: sed nobis potius fidez prebere corā quib⁹ est  
causa agitata: & qui uobis ueritatē scribimus. datū  
Rome die septima septēbris: M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Henrico senflebē:

S. P. D. Scripsisti nobis his diebus frequētes

litteras: pro quibus gratias agimus tibi: q̄ ue  
ri & optimi amici officiū implet. Intelleximus illa  
rū disturbia partiū. Dolemus principes uestros nō  
tam se beniuolentia q̄ sanguine contingere. Cuius  
rei culpam nō ipsis ascribimus: sed illis quorū ui  
ces pre ceteris audiunt. Infortuniū est hoc nostri tē  
poris: ut nunc potissime diuisi sumus: cum expedi  
ret maxime unitos esse: sed dabit deus his quoq; fi  
nem. Pro electo Vratislaueri laborauimus diligē  
ter: & tandem confecimus quod petebat. Na3 tria  
milia ferme ducatorū remissa sunt: in qua re intelli  
ges ex Venceslao que fuerint partes nostre. Rogā  
mus uelis esse cū maiestate regia ab ea literas opor  
tunas impetrare ad senissimū Polonie regem & ali  
os ut opus esse putabis duplicatus. Nam ipse Ven  
ceslaus offert se iturum nomine suorum dominorū  
in Poloniam: & nos statim mittemus Bartholome  
um canonicū Varmiensē cū litteris & pcuratori



is oportunis: & necessariū est quod ambo habeant litteras regias. Poteris uti presidio dominorum dum cum bauarie Ludouici & Othonis ad impetrandas litteras regias. Nam nos eisdē ducibus per hos dies non pariuū obsequium fecimus: quod repugnantibus fere ceteris Cardinalibus: sanctissimo domino nostro suauissimus: consanguineus eorum Rupertum ad Ratisponensem ecclesiam promouendū esse: cum essemus commissarii: & alterius electionē inuenissemus non ualere: mittimus litteras credentiales: quarum uigore poteris eis supplicare: ut tibi assistant ad regias litteras impetrandas. Procopio & Nicolao scribimus quos arbitramur suos fauores non negaturos. Cardinalem sancti angeli uellemus apud uos esse: ut eius summa sapientia lites austrialice componerentur Rogamus ut nostras litteras sibi transmittas: & denique cures: ut uenientibus dictis Vencellao & Bartholomeo littere que necessarie sunt: in promptu habeant. De nouitatibus harum partium pauca sunt que scribere possimus. Ea que sunt huiusmodi ut supra in littera imperatoris. Vale optime die septima septēbris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis imperatori Federico Salutem plurimā dicit. Accepi superioribus diebus litteras tuas super negocio concernente reuerendū patrem Episcopum Laurinensem: introduxi ad sanctissimū dominū nostrum nunciū tuum: Obtinui litteras fieri secundum desiderium maiestatis tue quas idem nūcius apportabit. Supplico serenitati tue digneris ita facere ut capitaneus in Vorchestein non sit minus onerosus illi ecclesie Laurinensi:

quia re uera multū exorbitat & grauat clerum: tua  
maiestas semper pia fuit: & sacre religiōi affecta cō  
tinuet in hac sua gloria: tua pietas nec patiat a suis  
officialibus uexari clerum: quem semper misericōr  
diter tractauisti. Hec dico: quia cupio semper hono  
ri tuo bene consultū esse. Accepimus alias litteras  
quas in facto Ratisponensis ecclesie trāsmisisti Ru  
perto fauentes. Tam ille promotus erat ad ipsam ec  
clesiaz: quia reperta fuerat electio capituli inualida  
Causa mihi cōmissa erat: & ego in consistorio rela  
tionē feceram: postq̄ dñs noster cōsiderauit scripta  
que prius tua maiestas miserat fundata super electi  
one canonica: non dubitauit quin ea reperta inuali  
da: promotionē Ruperti cōmendares: quod etiam  
ego ita putauī futurū: & ita complacitū est illi nobi  
lissime domui. Insuper gratias ago maiestati tue p̄  
litteris sanctissimo dño nostro & sacro collegio su  
per facto Varmiensis ecclesie in meū fauorē missis  
Nunc cū idem dñs noster ecclesiā illam mihi com  
mendauerit: Supplex oro: ut digneris litteras oport  
unas in bona forma scribere ad serenissimū Polo  
nie regem: subscribendo illas manu propria: ut ma  
ior uideat affectio: rogantes eum: ut procuratoribus  
meis possessionē ipsius ecclesie assignari faciat. Ve  
niet enim infra paucos dies unus ex procuratorib9  
ipsis ad serenitatē tuā pro litteris accipiendis: que  
cupio celeriter expediri. De nouitatibus haruz par  
tium hec tantūmodo scribere possum. Rex Arago  
nū maximā & potentissimā habet in mari classem  
minat̄ Genuensibus: sed aliis q̄ pluribus terrorē in  
cutit. comes Iacobus piccininus cuz exercitu regnū



Apulie exiturus est propediem. Dicit se contra Sigismundū malaeſtam arma ſumpturū. Sunt tamē qui Senenſibus: & qui eccleſie Romane timendum putant. Vrſini & comes Euerſus inter ſe contēdūt nec finis poteſt inueniri diſcordie. Cardinalis de vrſinis quaſi papam timeret ex Vrbe iam pridem reſceſſit: & inde ſimultates non pauce exorte ſunt inter ipſum & Romanū preſulem. miſſus eſt tñ modo per collegium cardinalis ſancti Marci: qui euz apoſtolice pietati reconciliet: nescio qui fructus ſeqtur. Non ſumus ſine periculo inſtigni belli: ſi Vrſinorum domus implicata remanſerit. Ex oriēti nouitas allata eſt: fratrem cardinalis Portugallēſis ueneno periſſe in Cypro: qui regnaturus eo pfectus erat ac filiam regis duxerat. Turchoꝝ claſſis Mitilēnem inſulaꝝ magno conatu uexatura fertur: ſed auxilio illi erit legatus apoſtolicus cum triremibus ſuis & Rhodiēſi. manu alia que ſcribam nō habeo cōmendo me humillime ſublimitati tue ad cuiꝰ mā data ſemper ero paratus: Ex Roma die undecima ſeptembris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senenſis Ladislao regi Hun-  
 garie. S. P. D. Que ſcripſiſti mihi ſuper nego-  
 tio Vratiſlauenſis electi: curauit diligenter at-  
 que peregrī: quibus res eſſet difficilis & pecuniaria: Ge-  
 ſtus eſt mos tue ſerenitati: & remiſſa eſt electo ma-  
 gna pecunie pars. Laborauit quoque ut ſatiſfieret de  
 ſiderio tuo circa Ratiſponenſem eccleſiam: & obtē-  
 ta eſt tua uoluntas. Prefectus eſt enim illi eccleſie il-  
 luſtris princeps Rupertus bauarie dux conſangui-  
 neus tuus. Fui ego in ea cauſa cōmiſſarius: & quē

h

admodū dabui conatus sum eam relationē facere q̄  
ueritate eidē Ruperto utilis esset. Feci id libenter:  
quia intelligebam me sublimitati tue: simul & icli-  
te domui Bauarie cōplacere: & ecclesie illi bene con-  
sulere: nec plura de hoc. Verum serenissime rex cuz  
tua pietas dignata fuerit sanctissimo dño nostro p̄  
me scribere: atq; instāter supplicare: ut ecclesia Var-  
miensis mihi cōmendarēt: idq; iam factuz sit rogo  
& obsecro: ut ceptum cōtinuans beneficiū: serenissi-  
mo regi Polonie sororio tuo urgenter scribere dig-  
neris pro possessione ipsius ecclesie meis p̄curato-  
ribus danda: quēadmodū Henricus senftlebē deca-  
nus Vratislauenſis tue sublimitati latius declara-  
bit necessariū esse. Idem etiam celsitudini tue noui-  
tates harum partiū quas sibi scribo seriosius expo-  
net. nec alia in presentiarū: nisi q̄ me tue sublimita-  
ti iterum atq; iterum cōmendo: ad eius semper mā-  
data paratū. Ex roma. xi. die septēbris. M. cccclvii.

Neas cardi. Senē. Procopio cancellario Bohe-  
mie. S. P. D. Quāuis raro nobis scribis ex Ni-  
colao tamen simulq; Henrico senftleben intel-  
ligimus te ueterem erga nos beniuolentiā retinere:  
& omni officio ueri amici satisfacere: non repetim⁹  
que pro nobis fecisti: sunt enī plura. Nec nos hi su-  
mus: qui referre gratias ualeamus: illud tamē quod  
possumus facimus. redamus magnificentiaz tuam:  
& animum habemus paratū omnia facere que tibi  
grata sint & nobis possibilia. Id ostendemus si qñ  
pro uenerabili germano tuo preposito uice gradēsi  
aliquid acciderit: quod sibi utile futurū putemus &  
in nostra potestate cōsistat. Interea rogam⁹ te ut p̄



seueres in officio caritatis: & tui Enee semper me-  
 mineris. Insuper quia mittemus propediē procura-  
 tores nostros cum litteris aplicis ad capiendā pos-  
 sessionē Varmiensis ecclesie si salteꝫ haberi poterit  
 Rogamus amicitia tuam: ut eas litteras impetrare  
 uelis a regia maiestate quas Henricus predictus di-  
 xerit oportunas Nam totū pondus huiuscemōi rei  
 consequende in serenissimo rege ipso Hungarie ac  
 bohemie cōsistit. ut qui ceperit pficiat. Erimus nos  
 ineternū sue maiestati & tibi obligati. Quippe si eā  
 ecclesiam suo & tuo fauore obtinuerimus: conabi-  
 murqꝫ semper nos gratos ostendere. Credimus car-  
 dinale sancti angeli iam apud uos constitutuꝫ esse:  
 quod si ita est: cōmēda nos sue dignationi tanquaz  
 patri ueneratu dignissimo. Que sunt apd nos noua  
 scribimus ipsi Henrico tibi cōicanda. Feruet apo-  
 stolica mens desiderio exterminandi Thurcos: sed  
 principes christiani inter se dissidentes: piuz eius p  
 positū prorsus deserūt. deus meliora prebeat qꝫ spe-  
 ramus. Vale optime ex Roma die undecima septē-  
 bris. Millesimo quadringētesimo quinquagesimo  
 septimo.

Neas Cardinalis Senensis Iohāni Cardinali  
 sancti angeli. S. P. D. Breues more tuo scrip-  
 sisti ad me nuper epistolas uidi eas libenter qꝫ  
 significabant te ex Bosna reuersum prope Hunga-  
 riaꝫ degere ac bene ualere: quod pre ceteris mihi io-  
 cūdisimū fuit. Spero hec scripta mea reptura esse ī  
 austria personā tuā inter mitiores gētes: utinā ita fi-  
 at. Nam pntia tua futuꝫ opinor: ut principes illaꝫ  
 partiū prorsus cōponant. Ait enim episcopus carꝫ

dinalis Papiensis secū anno superiori ageret in au-  
stria: omnes lites inter imperatorem & regem Hū-  
garie adeo attenuasse: ut parum ad integram cōcor-  
diam superfuerit: composuissetq; omnino partes ip-  
sas ut est opinio: nisi coactus fuisset Norimbergaz  
ascendere. Existimo igit haud dubie dignationem  
tuam sine debito determinaturā quod ille infectuz  
reliquit. Si tamen ita est ut compositioni tam par-  
ua ut referunt res defuerit: utrumq; sit elaborandū  
est in eo negotio. nec minus erit composuisse impe-  
ratorem & regem: q̄ thurcum deleuisse: & ego qui-  
dem hanc coronaz tue dignationi auguror & opto  
Nouitates harum partium nō dubito intelliges ex  
aliorum litteris. Ex me tamen hec pauca habe. Rex  
Aragonū maximā habet in mari classē. galearuz  
supra. xxx. nauium onerariarū septem: minorū nau-  
ium q̄ plurimi: dicit se iturum in Cathaloniaz: ut  
inde fortior redeat contra thurcos. Inde q; factū est  
ut rex Portugallie aduentū suum suspēderit: Genu-  
enses hanc regis classē contra se armatā putant: si-  
mulq; cum eis Florentini & Senenses timent: certi-  
tudo nulla est quid tandē rex intendat. Comes Ia-  
cobus piccininus cum exercitu circiter quinq; mili-  
um bellatorū exiturus regnum fertur. Territat ec-  
clesiam simulq; Senenses: cum se contra Sigismun-  
dum malatēstam profecturum mināt. Vrsini & co-  
mes Euersus adhuc inter se litigant: Cardinalis de  
Vrsinis iam pluribus diebus a curia recessit: uerit⁹  
ne quid sibi sinistra acciderit: cum papa exercitū mi-  
sisset aduersus fratres eius. Nunc rex Aragonū ur-  
sinorū familiam in suam protectionē recepisse fert.



Timor est ne Romanus ager nouis inuoluatur liti  
 bus. Missus est tñ cardinalis sancti Marci ex par  
 te collegii ad ipsum dñm de Vrsinis: ut si possibile  
 sit controuerſie componant. Dñs noster sanctissi  
 mus iteruz duas galeas cum pecunia ad legatū mit  
 tit in orientem. Facit pius pater quod potest: sed re  
 linquit a principibus. Nec solus potest tanti belli  
 molem sufferre. Imperator thurcoꝝ contra Nitile  
 nem missurus classē fertur nō modicā. Sed do  
 minus insule spe legati fretus & auxilio Genuensiu  
 nauale bellū intrepidus manet in Albania. Dicunt  
 Scanderbechiū magnalia perpetrasse contra thur  
 cos: quod si uerum est: melius tua paternitas reuerē  
 diffima: que per id temporis prope fuit exploratū  
 habuit: cupio ut tandem redeas: nec uelis trienniuꝝ  
 cōplere: nisi principes contra turcos excitari posse  
 confidis. Cōmendo me dignationi tue ad eius sem  
 per mandata paratum. Ex Roma die undecima se  
 ptembris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senēsis Nicolao Iiscio. S. P.

D. Grate fuerunt nobis littere tue quib⁹ ger  
 manica negocia significasti: utinā meli⁹ se res  
 haberent: sed ferenda sunt que nobis tempora dan  
 tur: faxit deus: ut principes illi nostri aliqñ concor  
 des sint: ne qui sint sanguine proximi odio disiūgā  
 tur. Gaudemus Procopiū cōualuisse & nostri mo  
 rem esse. Cupimus nos sue magnificētie sepius effi  
 cias cōmendatos. Scribimus regie maiestati & sibi  
 de litteris necessariis ad obtinendā ecclesiam Var  
 miensem: rogamus in ea re tuo more sis uigil: & ita  
 efficias: quēadmodū Henricus senstlebe expedierit

qui cōditiones illius patrie nouit: & noster est fidelissimus amicus: ab eo scias que sunt hic noua. Fluētiamus & nos more hominū nauigātū. frater tuus Volaterras repetiit. Italia multis in locis peste laborat: sed potissime Sena. Naz que bello afflictā fuit: & caritate annone: nunc qđ tertiū erat morbo languescit. Vale & nobis sepius scribe. Datum Rome undecima septēbris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Vlrico rieder. S. P. D. Recepimus litteras tuas quas reddidit nobis Iacobus imperatorie maiestatis nuncius.

Agimus tibi gratias pro litteris scriptis ī facto ecclēsie Varmiensis. Scimus enī te eas dictasse & expediri fecisse. nunc opus est ut alias iterum expediri facias ad serenissimū regem Polonie: & alios put opus fuerit: quemadmodū latius te admonebit procurator noster quē statim mittemus ad possessionē capiendā. Super facto Laurinensi expediuimus litteras iuxta desiderū maiestatis imperatorie: quas ipse Iacobus secū apportabit. Rogauit ipse nos ut cōcederemus sibi pecunias: cōcessimus primo sex aureos: & deinde iterū rogauit nos: ut alias pecunias sibi mutuaemus pro redito necessarias. Fecimus illas sibi concedi per banchū: & obligauimus nos pro eo intuitu maiestatis imperatorie: cui debemus omnia. Voluissēmus qđ ipse habuisset aliqua scripta uel maiestatis eiusdem: uel tua libentius sibi subuenissēmus: tñ quia nuncius imperatoris est nolui-  
mus eū derelinquere sicut ab eo intelliges. Rogam⁹ des operā cum eo postq̄ redierit ut nobis satisfaci-  
at. Intelleximus de dispensatiōe tua: erimus cū cor-



55  
rectore: & uidebimus quid faciendū sit. Scio q̄ lit-  
tere nulle possunt obtineri gratis ab isto papa: nisi  
pro persona imperatoris. Si uis q̄ exponamus pe-  
cunias pro te: scribe nobis & libenter id faciemus.  
quia quis pauperes sumus: adhuc tñ pro te inuenie-  
mus centū aureos cuz opus fuerit. Habebis cū p̄sen-  
tibus litteras ad Iohannē hinderbachiiū. Rogamus  
eas sibi mittas ubicunq; fuerit: & nos sublimitati  
imperatorie cōmendes: ad cuius mandata paratissi-  
mi sumus. Datū rome die .xi. septēbris. M. cccclvii.

Neas cardinalis Senensis Iohanni hinderba-  
chio Salutez plurimā dicit. Laborauimus diu  
tui causa aduersus aduersarium tuū super pre-  
benda Ratisponensi: & deniq; peperimus tibi pacē  
Obtinuimus nanq; prebendā prouisi Ratisponen-  
si dari domino Humanno ut tibi quies esset: & ita  
factum est. hoc scribimus ad consolationē tuam: ro-  
gamus: ut nos imperatorie maieftati cōmendes &  
iuues nos ad possessōem habendam ecclesie Var-  
miensis. Vale optime ex Roma die undecima septē-  
bris. Millesimo quadringētesimo quinquagesimo  
septimo.

Neas cardinalis Senensis Bauarie duci. S. P.  
dicit. Veniet ad excellentiam tuam uenerabi-  
lis uir Héricus sentleben: & aliqua nostro no-  
mine refert: cui rogamus: ut plenam credentie fidē  
prestare uelis: & in his que uice nostra petierit beni-  
gnum impartiri fauorem: quemadmodū de tua er-  
ga nos caritate plene confidimus. Ab eo etiam sci-  
es negociū ecclie Ratisponēsis pro tuo desiderio ex-  
peditū esse: in qua re fecimus qd̄ uires nostre potue-

re ut honori tuo satisfaceret. Datum Rome die un-  
decima septembris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Ludouico duci ba-  
uarie. S. P. D. Sigismūduſ schretil bone indo-  
lis adolescens primus huc uenit in causa Ra-  
tisponēſis ecclesie: primuſq; litteras tuas nobis red-  
didit: infetit die noctuq; diligētissime laborans ut  
desiderio tuo satisfaceret cū iam res sit ad uotū ex-  
pedita: dignus est qui benigno fauore tractet. Ro-  
gamus igit: ut Ruperto administratori Ratisponē-  
ſi cōſanguineo tuo eum cōmendare uelitis: atq; ita  
efficere: ut de primo beneficio uacaturo ei cōueniē-  
ti ſibi omnino prouideat. Redderis enim mercedē  
condignā ſuis laboribus: & nobis ſingularē prou-  
dentiā facieris: qui eū iam pridem nouimus: & pro  
ſua uirtute dileximus. Datum Rome die undecima  
ſeptembris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Martino mayr. S.  
P. D. Sunt nōnulli tue nationis homines pa-  
rum penſi habētes: quibus Romani pontificis  
auctoritas: neq; neceſſaria eſſe uideſt: neq; a xpō in-  
ſtituta: contra quos hanc epiſtolam ſcribere & tibi  
transmittere decreuimus: ut ſi qñ tales te homines  
adierint habeas ex nobis quo gladio eorū temerita-  
te confodias. Nam eos non ſolū ſcripta iuuare uel-  
lent: & auctoritas ecclesie longe lateq; diſfuſa. Sed  
ipſa quoq; naturalis ratio eius aduerſa eſt: q̄ lex na-  
ture immobilis & inuariabilis adeo fixa eſt: ut neq;  
epicheiā ferat. Audi ergo q̄io iſtos reuicimus: reſel-  
linus: proſternimus. cum xpianis nobis queſtio eſt  
qui euāgelium recipiunt: & xpm dei filium pro no-



stra salute incarnatum & passuz fatent: hi nobis &  
 quaꝫ negabunt sacramēta in ecclesia ab ipso dei fi-  
 lio esse instituta: quibꝫ ad salutē nostrā utimur: bai-  
 ptismi: cōfirmationis: eucaristie: penitētie: ordinis:  
 matrimonii: & unctionis extreme: quoz unum qđ  
 est principalissimū scilicet ordinis alioꝝ duoz que  
 potissima esse uident eucaristie ac penitentie: mini-  
 sterium in se continēt. Nam sacerdotes hac potissi-  
 mum causa sunt instituti: ut purgātes per penitētiā  
 hoīes a peccatis suis: & in gratiā dei redeuntes: ido-  
 neos faciant ad xp̄i corpus participandum. deinde  
 corpus xp̄i cōsecrantes illud eis ministrēt. Videmꝫ  
 autē ita natura cōparatum esse: ut oīs potestas que  
 ad principalē aliquē ordinata est effectum: inferio-  
 res potestates sibi subseruiētes habeat: qđ maxime  
 in artibus apparet. Nam arti que formā materialeꝫ  
 inducit alie subseruiunt que materiā disponunt: &  
 rursus ars illa q̄ formā inducit alteri seruit: ad quā  
 pertinet finis effecti operis. Nam qui ligna cedit ar-  
 ti manufactiue deseruit: & hec rursus gubernatorie  
 illa uero militari uel iconomice: quēadmoduz nauis  
 gatio ad diuersos ordinat fines. Cuz ergo potestas  
 ordinis in eum finē cōstituta sit: ut purgatis homi-  
 nibus corpus xp̄i ministret. Palā est inferiores or-  
 dines ei deseruire ea pparātes q̄ ad hoc opus neces-  
 saria sunt: & infimi quidē ordines sacerdotali deser-  
 uiunt populuz pparātes. Hostiarii quidē arcēdo in-  
 fideles a cetu fidelium. Lectores instruēdo cathecu-  
 minos elementa fidei tradētes: ppter quod eis scri-  
 ptura ueteris testamenti legenda cōmittitur. Exor-  
 ciste uero eos purgant: qui demonioruz uexatione

a sacramentorū perceptione impediunt: atq; ita hi tres ordines disponendi populi curam habent. Est & quartus Accolitorū ordo: cui uasa non sacra credata sunt: in quibus sacramenti materia preparatur. Subdiaconi uero ministerium habent super uasa sacra & super dispensatione materie nondum consecrate. Diaconi autē ulterius processere: administrant enim atq; contingunt materiā iam consecratā christi sanguinem populo dispensantes. Subseruiūt autem omnes hi ordines sacerdotali: etiam in preparatione populi. Nam diaconibus cōmittitur euangelica doctrina preponenda ipso populo: Subdiaconibus apostolica. Accolitis luminū cōmissa est cura quod ad solēnitatē doctrine proculdubio pertinet. Atq; ita hi sex ordines ad septimū referunt: qui sacerdotalis appellat. At cum ordinū horum collatio cum sacramento quodam perficiat. Sacramēta uero ecclesie dispensatores requirant idoneos: necessarium est superiorē aliquam potestātē esse in ecclesia altioris ministerii que ordinis sacramenta dispenset. Hanc autē maiores nostri episcopālē appellauerunt: que quis in consecratione corporis christi sacerdotalem nō excedat. Superat tamen in his que ad regimen populi pertinent. Nam & ipsa sacerdotalis potestas ab episcopali deriuatur: & que sunt ardua circa populi curam episcopis reseruantur. Nec sacerdotes ipsi dum corpus christi conficiunt rebus aliis utuntur quā per episcopos consecratis: ut altari: calice: uestibus. Est igitur manifestū summā regiminis quod in populo christiano geritur: ad episcopalem pertinere potestatem. Verum quāuis populi per diuersas dioce



ses ac ciuitates distinguantur: sicut tamē una est ec-  
 clesia sponsa ap̄iuita & unū oportet esse populū xp̄i  
 anum. & sicut in uno populo speciali unus requirit̄  
 ep̄us: ad quem summa rei differatur: ita & in toto  
 populo xp̄iano p̄necessarium est unū esse totius ec-  
 clesie caput: unum rectorem atq; magistrū: ad quez  
 maxima queque & difficilia referant̄ cumq; ad uni-  
 tatem ecclesie conseruandam: illud potissimū requi-  
 ratur ut una sit omnium fides. Circa ea uero que fi-  
 dei sunt: questiones uarias suboriri contingat unū  
 esse principē: unumq; caput oportet: & sup̄nū iudi-  
 cem: qui questiones ipsas dissoluat: alioquin senten-  
 tiarum diuersitas: ecclesiaz ipsam diuideret ac resol-  
 ueret unitatē: quēadmodū factuz esse uideamus an-  
 te conciliū Nycenū dum sibi quisq; uiuebat: & ad  
 Romanā ecclesiam paruus habebatur respectus: &  
 nos quidem palam uidemus omnes: qui tempesta-  
 te nostra peregrina inueniunt dogmata. & errores  
 predicant: illud in primis sibi usurpare: ut ecclesie  
 Romane auctoritatem & principatum differant.  
 At cum christus deus noster sponsaz suā ecclesiam  
 tam feruenti amore dilexerit: ut sanguinē suuz pro  
 ea fuderit: crucis tormenta perpeffus: nequaquam  
 credendū est eum in his que necessaria sunt ecclesie  
 non oportune consuluisse: cum de synagoga p̄ Isa-  
 yam dicat: quod ultra facere debui uinee mee & nō  
 feci. Itaq; cum necesse sit ad p̄fectum regimen unū  
 p̄esse: a quo ceteri dependeant minime dubitanduz  
 est quin ex ordinatiōe christi unus ecclesie presit &  
 hunc nos Romanuz presulem appellamus: uulgus

papa nominat. Insuper cum ecclesie regimē a o e b i n  
stitutū sit: per quem reges regnāt: & legū cōditores  
iuste decernūt: non est ambigendū quin ecclesie re-  
gnū optime sit ordinatū. Optimum autē multitudi-  
nis regimē illud est qđ ab uno gerit: id autē ex fine  
patet. Nam finis optimi regiminis pax ē & unitas  
subditoꝝ. Vnitatē autē que pacis est nutrix: nemo  
dubitauerit lōge melius ab uno seruari q̄ a pluribꝰ  
Vnus enī dignitati cōgruit: ob quā rem nō est ābi-  
guū: quin ecclesie regimini tanq̄ optio presit unus.  
Huc accedit quod in Apocalipsi Io. ait: se scilicet ui-  
disse Hierusalē descendētē de celo. Et Moyſi mā-  
datū est: ut oīa faceret secūdū exemplar ei monstra-  
tū in monte. Quibus ex rebus quid aliud intelligen-  
mus: q̄ militantē in terris ecclesiā instar esse trium-  
phantis in celo. At cum in illa sit dñs dicēte eodem  
Io. rursus in apocalipsi: Ipsi populus euiserūt & ipse  
deus cum eis erit eorū deus. Quis nō intelliget eccle-  
sie militātis unū esse principē oportere. Recte igit̄  
Ioelis primo scriptū est: Congregabunt̄ filii Israel  
pariter & ponent sibi caput unū. Dñs quoq; apud  
Io. ait: Fiet unū ouile & unus pastor. Et ad Ephe-  
sios doctor gentiū Paulus: Solliciti inquit seruare  
unitateꝝ spiritus in uinculo pacis. Vnum corpus &  
unus spiritus: sicut uocati estis una spe uocationis  
uestre: Vnus dominus: una fides: unum baptisma:  
unus deus. Sed dices fortasse: unum caput: & unus  
pastor ecclesie Christus est: qui est unus: & unius  
ecclesie sponsus: & hic cūcta gubernat: nec opus est  
aliū adhibere pastorem. Vana est argumentatio  
tua. Nam cū omnia ecclesiastica sacramēta christus



ipse perficiat. ipse est enim qui baptizat: & qui peccata dimittit. Ipse est enim uerus sacerdos: qui sese obtulit in ara crucis: & cuius uirtute corpus eius in altari quotidie consecrat: possemus dicere sacerdotes minime necessarios esse: quod quante sit absurditatis nequaquam te latet. Scis enim eundem christum cum ex hoc mundo transiturus esset ad patrem: quoniam corpore abfuturus erat elegisse ministros: per quos sacramenta fidelibus dispensarent. Eadem igitur ratione necessarium fuit aliquem eligere: cui uniuersalis ecclesie curam committeret: quod fecit. Dixit enim Petro ante ascensionem suam: Pasce oues meas. Et ante passionem: Tu interim confirma fratres tuos. Et rursus Petro soli ait: Tibi dabo clauas regni celorum. Quibus uerbis palam ostendit potestatem clauum per Petrum ad alios deriuandam: ut ecclesie seruarietur unitas: Nec fas est dicere hanc dignitatem Petro datam ad successores eius non deriuari. Nam christus ecclesiam usque ad finem seculi duraturam instituit: secundum illud Isaye. ix. cap. Super solium David & super regnum eius: ut confirmet & corroboret in iudicio & iusticia a domino: & usque ad sempiternum. Nam potestas apud eos qui cum christo uiuere ita instituta est: ut ad posteros deriuetur pro utilitate ecclesie usque ad consummationem seculi. Et hoc est quod ipse saluator ait Mathei ultimo: Ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi. Itaque liquet unum esse pontificem: qui presit ecclesie uniuerse: & post christum Petrus fuit. Illo autem ut a functo successores eius ad Calixtum usque tertium christi uicariatum tenuere. Nec dici potest aliam quampiam ecclesiam hec prero

gatiua gaudere. nec ipsam quidē Hierosolimitanaꝝ  
in qua fuit officina nostre salutis: & cui Iacob⁹ fra  
ter domini magnus prefuit apofolus. Nā chriſtus  
cum uicariū ſuum Petrum eligit loco hanc dignita  
tem cōceſſit: quē Petrus ipſe ſuo ſanguine conſecra  
ret. Hieroſolymitanā autē eccleſiā: quā Nicena ſy  
nodus ab omnibus honorandū eſſe uoluerit: ſaluū  
tamē eſſe decreuit ius ceſarē paleſtine: que tunc ei⁹  
erat metropolis. Romana igit̃ eccleſia ut ſacri cano  
nes aiunt: a domino & non ab alio caput omnium  
eſt cōſtituta: que principis apłorum ac doctoris gē  
tium ſanguine dedicata. ibi apud ſe celeſte regnum  
habere meruit: ubi terrenū uſq; ad ſummū creuerat  
imperiu. Nam ſicut Romulus & Remus initiū ibi  
mortalis imperii fecere: ita Petrus & Paulus cele  
ſte regnum fundauere. Datum Rome tertia idus ſe  
ptembris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senenſis Martino cancella  
rio archiepi Maguntini. S. P. D. Fuit nobis  
epiſtola tua nō minus iocūda q̃ grata: ex qua  
ualitudinē tuam: ſimulq; cōiugis tue bonā eſſe cog  
nouimus: & natū tibi eſſe filium: quē archieps Ma  
guntinus pro ſua benignitate de ſacro fonte leuaue  
rit: quod tibi & honori eſſe & utilitati non dubita  
mus. facit deus ut filius ipſe tibi ſuperſtes ſit: & tue  
uirtutis heres atq; doctrine. Audiui⁹ deinde que  
uir probus ac modeſtus Vigādus eiꝰſdē archiepiſ  
copi ſecretarius tuo nomine nobis expoſuit: q̃ duo  
principaliter fuere. Primo enī que ſunt apud Ma  
guntinū de ſanctiſſimo dño noſtro & ipſius curia:  
q̃rele indies narrauit ex ordine. Secūdo retulit quo



animo sit idem Magūtinus erga Ro. ecclesiā & ip-  
 sum dñm nostrū sanctissimū: & quō ad obuiandū  
 peruerforū hominū machinationibus: necessariū ti-  
 bi uideť intelligentiā quandam fieri inter sanctissi-  
 mū dñm nostrū: & ipsum archiepūm. Intelleximus  
 etiā per que media eandē intelligentiā recipiēdā es-  
 se putas. Sunt non parua que nobis significas: neq;  
 illotis attingēda manibus. facis nobiscum ut amici  
 cū amicis solent; libere atq; aperte loqueris; & cōfi-  
 denter q̄ in animo geris patefacis. Id uero ex amo-  
 re fieri cognoscimus: teq; ueteris amicicie memorē:  
 antiquū seruare morē aduertimus: cum simul in no-  
 ua ciuitate degeremus. Nihil enim tunc tam arduū  
 fuit; nihil tam abditum atq; secretū quod alter no-  
 strū nō cōicaret alteri. Facis probe qui lōgo licz lo-  
 coy interuallo disiūctis nobis: nihil putas reticēdū  
 esse. Faciem⁹ & nos idē erga te: aperiem⁹ tibi omī  
 ex parte animū nostrū: atq; ut amicicie nostre cōue-  
 nit summa cū libertate loquemur. Cōsiderauimus  
 igit̄ in primis q̄ dicunt̄ cōtra summū pontificē atq;  
 germanos fieri murmura. nec miramur siquidē. nul-  
 lus unq; beati Petri locū tenuit: qui nō latratiū dēti-  
 bus impeterē. Nec magnuz putamus si quis tertio  
 detrahit Calixto: cū magistro ei⁹ sciamus detractū  
 fuisse xp̄o. Verax ē enī saluator ipse: nec poterit ue-  
 ritas nostra mētiri: q̄a nō est discipulus super magi-  
 strū: nec seruus maior dño suo. Germani autē si ue-  
 rū fateri uelint Similiterq; ceteri xp̄iani nihil habēt  
 cur de Calixto murmurare possint: nisi q̄ eum pon-  
 tificem tradidit nobis deus: quo digni non fuimus  
 neq; enim huius sanctissimi psulis mores plebi sue

conformes existunt: qui cum diuinaz in terris agat  
uitam: angelis potius debuit q̄ hominibus prefici.  
Nihil pius pater quod suuz est querit: cogitatus su  
os omnes iactauit in domino: honoré christi salua  
toris nostri: defensioné fidei: decus ecclesie: salutem  
plebis toto conatu: toto studio: tota mente perq̄rit  
nisi fuisset exacta ipsius solertia: & incredibilis ad  
cōmune bonum sollicitudo. Tam thurcoruz feritas:  
nō Hungariaz modo protriuisset: sed ipsam quoq̄  
Alamaniā infestis armis petens: xp̄ianis omnibus  
terrorez simul ac laborem incussisset. Nam si uicti  
apud Hungariā & prostrati sunt magni thurcoruz  
exercitus: nō est quod post deum alteri gatas quā  
Calixto xp̄iani debeant. Ipse eniz solus fuit qui tor  
pentibus ac pene dormiētibus christiani orbis pr̄i  
cipibus: legatum in Hungariā misit: Hungaros cū  
thurcis induciarū federa querentes prohibuit: labā  
tes animos erexit: copias congregauit: bellumq̄ il  
lud permittere suasit. In quo primum etate nostra  
thurcorū dominus turpissime fugere uisus est: & sa  
lus christiano populo parta: tacemus que gesta sunt  
in orienti per classē ap̄licaz: & que in Albania &  
aliis q̄ pluribus locis ipsius domini nostri pecuniis  
p̄ tutela fidei indies gerunt. Nihil aliud sua sancti  
tas in animo gerit q̄ suo tempore ita inimicos salu  
tifere crucis humiliare: ut tandem uocatus a dom̄o  
creditam sibi ecclesiaz in statu securo ac tranquillo  
relinquat. Ob quaz rem nescimus profecto quid si  
bi uelint: qui tam sanctum presulem & tantū de cō  
muni utilitate sollicitum calūpniari presumunt: Nā  
quod aurum a uobis extorqueat: in qua est p̄rsus



60  
accusatio. Nihil enim prefer consueti iura recipit:  
nisi fortasse sponte sua nonnulli in classem contra tur  
cos pecunias offerant: quos paucissimos esse constat.  
Vtinam tot essent: qui tante rei ac tam necessarie oportu  
tate subuenirent. Electiones ecclesiarum canonicas:  
qui dicunt a sua sanctitate contineri: aut ecclesias me  
tropoliticas seu cathedrales in Almania referuari:  
longe a ueritate recedunt. nulla electio reiecta est quam  
constiterit fuisse canonicam. Pontificalis ecclesia in ala  
mania nulla reseruata est specialiter a domino nostro con  
tra concordata ueltra. non est eius propositum neque fu  
it hactenus quicquam agere. Et quamuis nemo imputa  
re possit si sua sanctitas dignitates principales in col  
legiatis ecclesiis: siue primas post pontificales refer  
uauerit: neque enim concordata in hoc aduersant: non  
tamen inueniuntur facile reservationes beneficiorum: nisi per  
cardinalibus: aut aliquibus fortasse maximis uiris  
ab eadem sanctitate emanasse: itaque nescimus quo  
uultu: quo ore: qua denique audacia presumunt aliqui  
sanctissimo presuli nostro detrahere tanquam nationi  
uestre onerosus existat: qui profecto non tantum na  
tioni hispanice unde sibi origo est: quantum Germa  
nice affectus esse uidentur. Et qui diuinitus nobis da  
tus est: ut hoc periculoso tempore ab infidelium incur  
sione: maximeque thurcorum impetu orthodoxam christi  
religionem non solum tuerentur: sed etiam eleuaret & per  
pagaret. Laudamus igitur & omni honore dignum  
reputamus archiepiscopum Maguntinum: qui reiectis  
malignantium insidiis apud ipsum dominum nostrum: san  
ctamque sedem apostolicam omnium fidelium matrem atque  
magistram permanere decreuit. Facit quod doctum

quod prudentē: qđ bonū prelatum decet: qui peregrinas respuēs opiniones insolida sancte Romane ecclesie doctrina: & in ipsi xpi petra pedes figit. Facit modo qđ fecit dum alias eadē quererent q̄ modo tētant. nunq̄ enī Eugenio sancte memorie summo pontifici defuit: quis multi ex Germanis in illū deseuerent. Nouit oīa noster pontifex: eiusq̄ probitati miro modo afficit. nec unq̄ eius noīs absq̄ singulari laude meminit: ita ut certissimi sumus nunq̄ ipsius petitiones in conspectu huius presulis uanas fore que digne exaudiri uideant. Ceterū quod secūdo loco secretari⁹ antedictus exposuit: graue nobis & alienū uisum est: qđ ex uiro docto: ex iuris interprete: & in magnis uersato causis prodire deberet. Nosti enim Romanū presulem unicum esse principem: cui oēs obedire tenent: Petri & Pauli locuz tenet: qui sedet in apostolico trono. Christi uicari⁹ est qui Romane presidet urbi. Non est cur se cuiuspiam intelligētie nomine uel federis obliget. Neq̄ subditoy est cum dñis suis federa querere. Nec tu fortasse ita loqueris: ut Romanū presulem ex intelligētia queras obligare: quod nosti quantū iura permittāt. Sed aduertimus que petis ipsius causa: magna profecto: & que nos aliquantulū de tua cōpulerint admirari prudentia. Scimus tamē: quia cū amico omnia cōfidenter agis. idē & nos facimus. Ut timur respondendo ea fiducia qua tu interrogando es usus. Equidē indigna putauimus: que noīe archiepi peterent. Nec arbitramur eos bene agere: qui archiepo ea petēda suadet: quis nec sue mēti q̄ semper modestissima fuit: talia credimus esse psuasa. Sue namq̄



dignationi id satis esse debet: ut antecessorib⁹ suis  
 equalis existat. Neq; illa querat: que ante centuz an  
 nos nullus obtinuit archiep⁹: rectū & laudabile fu  
 erit ppositū eius: si neq; Romanū pontificē minorē  
 nec se maiorem suis antecessoribus esse uelit. Illud  
 quoq; attēte cōsiderabit: quis ecclesie Magūtine p  
 fuerit: ne Romana sedes coculce⁹: aut quouismodo  
 deprimat. Certum est enim quia languēte capite ne  
 queunt mēbra cōsistere. Neq; possunt riuuli nō are  
 scere fonte siccato. Salus ecclesiaz oīum pfecto ex  
 Romane sedis pcellentia & summa aucte dependet  
 Quibus ex rebus non essemus ausi ea quoquo mo  
 do aperire dño nostro: que nobis pro intelligentia  
 contrahēda significasti. Sunt enim eneruatiua iuris  
 apostolici: & nimis pfecto preiudicii perseuerentia  
 & illa presertim: que de confirmationibus pontifi  
 calium ecclesiarum attigisti. Non ignoras ut credi  
 mus qualis sit ipse dominus noster: quāta est in eo  
 circumscriptio: quanta rerum omniū noticia: quāta  
 grauitas atq; constantia. Et si enim omnes laudan  
 di sunt quos nouimus Romani presules: hūc tamē  
 omnibus preferendum putamus: qui cum uite mū  
 di summe sit: & omnia gerat cōmendatione digna: tū  
 uero his conditionibus peditus est: ut falli nullo  
 modo queat. Est enim etate grandeuus: uersatusq;  
 est in arduis maximisq; negociis. Doctrina ea pre  
 fulget: cui similé nemo est qui audierit in eius ante  
 cessore fuisse. Itaq; nō est facile decipiendus: qui cū  
 multa per etatem uiderit: tum scientie lumen: tuz re  
 rū magnaz experientia cōiunxerit: Rideret nos sua  
 sanctitas si quid ei pponeremus: doctissim⁹ eius

auribus quoquomodo indignū: atq; ob hanc cām  
nō presumpſimus ea ſibi referre: que tuo nomīe no  
bis expoſita ſunt. Neq; enim ſua pietas eos proba  
re ſolet: qui res minus iuſtas ſibi proponūt. Verū  
ut ad grauamina nationis ueſtre redeamus: ſiquid  
eſt quod emendatione egeat: laudamus id ſanctiſſi  
mo dño noſtro ſignificari: nec dubitamus quin ſua  
ſanctitas debito modo p̄uideat. Illud autē nobis  
exploratiſſimū eſt archiepiſcopū ſcilicet preſatū in  
optima reputatione apud ſanctiſſimū dominū no  
ſtrum eſſe: fauoremq; ſibi & oportunū preſidiū ab  
eo nunq̄ defuturum. Certo ſcimus aduerſus omnes  
qui ſibi moleſti fuerint: qđ ſi eius oratores huc ue  
nerit recipiē̄ p̄fecto benigne & hūaniter tractabū  
tur: neq; duras inueniēt apoſtolicas aures in hiſ q̄  
conceſſu digna petierint. Quod uero dicit ſereniſſi  
mū imperatorē & ipſum archiepiſcopū ſi ſe cum ſe  
de ſancta apoſtolica intellexerint facile ipedituros  
aduerſantiū machinamenta: id quidem credimus:  
& ita factū eſſe nouimus ſuperiorib⁹ annis. At cū  
imperator preſatus cū ſanctiſſimo dño noſtro una  
nimis ſit: nec unq̄ ab huius ſancte ſedis deuotione  
declinauerit: curandū eſt: ut ipſe archiepiſcopus idē  
agat: in qua re cum tua multū conſilia poſſint. Ro  
gamus ut in hoc tuos incendas neruos: ueliſq; do  
ctrine tue nomen in defendēda Romane eccleſie au  
ctoritate potius q̄ in oppugnāda clarum facere. Sic  
enim & Magūtine eccleſie recte cōſules: & tibi ac  
tuis amicis utilitates creſcent & accumulabunt̄ ho  
nores. Datum Rome duodecīa Kal: octobris. M.  
cccc. lvii.



Alixtus ep̄s seruus seruoy dei: Dilecto filio  
 Iohanni cardinali sancti Angeli: Salute; &  
 aplicam benedictionem. Ex litteris que de  
 partibus Austrie ad curiam nostrā indies deferunt̄  
 intelligimus dilectionē tuam cum littere ille scribe  
 rent̄ adhuc fuisse in Hungaria: de qua re admirati  
 plurimū sumus. cum iam pridē tibi scripserim⁹: &  
 ad partes Almanie te conferas: eam discordiaz pro  
 tua facultate sedaturum: que inter carissimos filios  
 nostros Federicū Romanoꝝ imperatorē: & Latif  
 laum Hungarie ac Bohemie regem uersat̄: que quā  
 tum periculosa sit: & quantū reipublice xp̄iane dā  
 nosa: pro tua singulari prudētia nō ignoras. Nesci  
 mus que te causa tamdiu retardauerit: cum te nō la  
 teat nō minus utile fore dictos principes adinuicē  
 reconciliare quā thurcoꝝ pernitiosis obuiare cona  
 tibus. Siquidē noxiora mulre sunt intestina bella q̄  
 externa: & frustra his qui foris sunt resistim⁹: si ab  
 his qui intus sunt uulnerant̄. Itaq; uoluissēmus te:  
 qui primū recepisti litteras nostras ad imperatorē  
 & regem prefatos iter arripuisse: quod quidem fuis  
 set nostro iudicio expedientissimū. Verum cum no  
 uissime nobis relatum sit: dictū Hungarie ac Bohe  
 mie regem circa festuz sancti Martini proxime fu  
 turū decreuisse: Bohemiā petere: ut sibi sponsam su  
 am: & carissimi filii nostri Caroli regis Francie na  
 tam conduci faciat: & cum ea solēnes ibidem nupti  
 as celebret: pro qua iam fert̄ oratores misisse. Com  
 mittimus tibi: & harū tenore seriose mandamus: ut  
 omnibus aliis postpositis ad ipsum regem quā cer  
 lerrime te cōferas: eiusq; nuptias tam suū q̄ dicti re

gis Francie consideratione: nostro & apostolice se-  
dis nomine: ut dignum est tua presentia honores.  
Erunt enim ut fama est he nuptie plurimū excellē-  
tes ac magnifice: tam respectu personarū inuicē cō-  
trahentiū: quarum sanguis clarissimus est & subli-  
mis dignitas q̄ principū: qui conuenturi eo dicunt  
cum no solū dilecti filii nobiles uiri Baurie & Sa-  
xonie duces: marchionesq; Brandenburgenses cū cō-  
iugibus suis: sed etiam carissimus in xpo filius no-  
ster Casimirus rex Polonie: simulq; consors eius re-  
gina earundē nuptiarū celebritate asserant inter fu-  
turi. Considerauimus autē q; in tantoꝝ conuentu  
principū multa tractabunt: in quibus erit tua p̄sen-  
tia neduz utilis: sed etiam necessaria. Poterisq; in ta-  
li cōuentione de modis per quos religio nostra cō-  
tra thurcoꝝ impetus defendat̄ cōmode tractare. &  
cum sint ibi nōnulli male de fide catholica sentien-  
tes: eoꝝ malicie ne quid in tanta congregatione no-  
cere possit oportune obuiabis. Quibus ex rebus ne-  
cesse est: ut eidem cōgregationi prorsus interessē cu-  
res: & ita nos dilectioni tue iterum atq; iterū com-  
mittimus & mandamus. Responsum tuū super his  
quā celerrimū expetentes Datum Rome die prima  
Octobris. M. cccc. lviij. Eneas dictauit.

Neas cardinalis Senensis Henrico senstlebē:  
S. P. D. Gratissime fuerunt nobis littere tue:  
quibus regiū in Bohemiā transitum significa-  
sti: & nuptias excellētes in Praga futuras: retulumꝝ  
singula domio nostro sanctissimo: qui mox literas  
scribi iussit ad cardinalē sancti Angeli legatū: man-  
dans ei ut e uestigio Hungaria post habita ad regi-



am maiestatem se conferat: eius nuptias honoratur?  
 mittimus tibi litteras ipsas siue breuia sunt: rogan-  
 tes ne graueris quātotius ea sibi transmittere: quia  
 pondus in se nō habent modicū. De Roran nostro  
 fecimus uerbū apostolice pietati: negat ipse dñs no-  
 ster decimaz. aliquas bullas illi concessas esse Lau-  
 rentio rouarelle: bene a te & consilia & auxilia pre-  
 stita sunt: eum caritati tue magis magisq; cōmēda-  
 mus rem Vratislauiensis ep̄i oportune absoluimus  
 sicut ex Vencislao cognosces. Restat ep̄m ipsum no-  
 bis in agēdis nostris fauorabile fore: audies ex Bar-  
 tholomeo canonico nostro quid actum sit in eccle-  
 sia Varmiensis rem totam tuis cōmisimus humeris  
 ut ab eo finis habeat qui dedit initium. Gaudemus  
 te de reditu cogitare: sed prius cupimus negocium  
 nostri ep̄atus absolui q̄ redeas: qđ facile fiet: si quē-  
 admodū fama est rex Polonie ad Pragā se cōtu-  
 lerit. Cura inter cetera: ut ea obligatio habeat: in q̄  
 magn⁹ magister Pruscie antecessori nostro in quib⁹  
 q̄ milibus florenoz quos mutuo receperat sese ob-  
 noxium fecit: quēadmodū Bartholomeus prefatus  
 plene instructus est. Noua alia hic non sunt: nisi q̄  
 & inter Vrsinos & comitē Euersum heri treuge us-  
 q̄ ad annū permansure indictē fuerunt: & ab utra-  
 q̄ parte recepte quod saluberrimū est: & reb⁹ agen-  
 dis apprime conducit: inter regem Aragonū & Si-  
 gismundū malatestam cōcordia tractat: & que si se-  
 quent̄ ut spes est: res italicas admodum quietabit.  
 Vale ex Roma die prima octobris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Nicolao Iiscio Sa-  
 P. D. Lucunde fuerūt nobis littere tue: quibus

regiã maiestãtẽ in Bohemiã transiturã esse cognos-  
uimus preclaras sibi nuptias peracturã. Vtinã om-  
nia piissimo illi & serenissimo regi ex sententia cer-  
dant: credimus cõueniẽs se cum potentissimo rege  
Polonie: & aduentantibus principibus ut fama est  
cõpluribus in eo conuentu aliquid tractare debere:  
quod religiõĩ xpiane saluberrimũ fiat: legatus apo-  
stolicus sicut sibi mandatũ est ad uos si conualebit  
prorsus se conferet: quo cum sapienter erit de re tibi  
nota tractandũ. Nam ei nõ omnia que aliis placet.  
Rogamus rem nostri epãtus Varmiẽsis si rex  
Polonie affuerit curandũ suscipias. Naz uerbo uno  
sublimitas nostri regis eam absoluet: stude ut ma-  
gnificus cancellarius hoc ipsi cordi habeat. Nihil ẽ  
eniz quod dubitemus fieri posse: in quo sua magni-  
ficentia neruos intenderit suos. Cõmenda nos pbiz  
tati sue: eiusq; bone ualitudini consule. Nam ei9 sa-  
nitas: & nostra & multoꝝ prosperitas est. Cõmen-  
da etiam nos ueteribus amicis: & presertim Vradi-  
ensi si affuerit gubernatori dñe de Rosis: & domio  
de Clena. similiterq; Stlẽtoni: & aliis illius regni p-  
ceribus: quoꝝ cõmoditatibus semper studere pro-  
ni erimus & uoluntarii. Bellũ quod in foribus ur-  
bis huius accusabas tamdiu mansisse: heri per indu-  
cias annales sublatum est. Interea pax integra com-  
ponẽt: turbide fuerunt res nostre hactenus: nunc se-  
renescunt & meliuscule fiunt. Iacobus piccininus in  
Marchiã petit transitũ: Sigismundo malateste illa-  
turus bellũ. Sed hoc quoq; incendiũ extinguere an-  
niti9 pontifex maximus: quod si pro spe fecerit: to-  
ta ferme italica conquiescit: & ad tutandam contra



thurcoꝝ perfidiam ueram xpi religionē liberius in  
tendere poterit. Hec Procopio & cardinali si assit  
cōmunicata esse uolumus. Tu uale: pro tua consue  
tudine nostri memor. Ex Roma Kal' octobris: M  
cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohanni Cardinali  
sancti angeli. S. P. dicit. Cognosces ex litteris  
sanctissimi dñi nostri q̄ necessaria sit pruden  
tia tua in nuptiis: quas serenissimus rex Hungarie  
celebraturus est in Praga: ob quā rem quīs non pu  
to necessariū dignationē tuam adhortari: ut q̄ celer  
rime eo se conferat: quia tamen eius rei utilitatē nō  
solū animo precipio: sed manibus quodāmodo ut  
ita loquar palpare uideor: non possum facere quin  
tanquā seruator & filius tuus ea scribam que hono  
rem tuū concernere animaduerto. Sane quīs pietas  
dñi nostri id iudiciū de tua dignatione faciat quod  
de uiro prudentissimo & optimo habendū est. Et  
quīs omnia que per te facta sunt miro modo com  
mendet. Illud tamen plurimū admirat̄ q̄ dissidēt  
ibus inter se serenissimus principibus romanoy im  
peratore & Hungarie rege nō statim ad sedandas  
eorū discordias sepositis aliis negociis properaui  
sti: cum certum sit illis inter se cōtendentibus nō so  
lum nobilē illam Austrie prouinciā plurimū cōtur  
bari: sed etiam turcis uiam preberi: qua facilius ad  
xpianitatis inuasionē prorūpere possint. Videñ igi  
tur mihi admodū expediens: q̄ tua dignitas ad p  
fatas nuptias iter suū acceleret: que ut existimat̄ mē  
se Innuario aut tardius Februario celebrabuntur.  
Erit cōuentus ille celeberrimus: in quo duo reges:

& tot principes cōuenient: nō dubito: quin magna  
ibi tractent: & ut arbitror quinq; principaliter agi  
tabunt in eo loco negocia. Namq; cū lites imperato  
ris & regis nōdum coposite sunt: erit cura illoꝝ pn  
cipū imprimis eas sedare inter Polonie regē & fra  
tres sancte Marie theutonicoꝝ. Ageñ de cōcordia  
Bohemi de suis articulis. Curiosi erunt illi qui sunt  
in Rheno: & res nouas contra sedē aplicam molium  
tur: nō omittēt per oratores suos in eo cōuentu ali  
quid attēptare. Postremo etiā de defensiōe fidei cō  
tra thurcos ut meā fert opinio inter tātos proceres  
sermo fiet. Magna sunt hec & pfecto tuā pntiam  
merito exigunt: itaq; tanq; seruator tuus suadeo: ne  
quo pacto ei congregationi absis: quod esset & ini  
honestū & incōmodū apostolice sedi: quod si inter  
fueris: cōplacebis pculdubio non solū regi Hunga  
rie: sed etiā regi Francie: cuius filie nuptias honora  
bis. Obuiabis malis que per nōnullos procurantur  
& multa opera pcurare poteris: tam pro pace xp̄ia  
noꝝ: quā pro defensiōe fidei cōtra inimicos crucis  
xp̄i: piūmq; sanctissimi dñi nostri desideriu hoc po  
tissimū modo adimplebis: & rem facies tua uirtute  
dignā: duabusq; maximis natiōibus Gallice & Ger  
manice: simulq; duobus maximis principibus: hoc  
est imperatori in patruelis sui: & regi Francie in fi  
lie sue honoratione rem gratā faciēs demulcebis ca  
pita. Datū Rome die prima octobris. M. cccc. lvii.  
Neas cardinalis Senensis episcopo Ouertensi  
S. P. D. Litteris tuis quas amico tuo ad His  
paniā scribis: & letati & oblectati admodum  
sumus. Letati quidem: q; tempora nostra claris flo



rere ingenii: & uim eloquentie passim crescere: atque ad exterarum penetrare nationes animaduertimus. Oblectati autem quod in epistola tua multum leporis multumque salis inuenimus: & cum omnia que scribis: grauia dignaque philosopho proculdubio sint. Tum illud nobis precipuum quandaque exhibuit uoluptate: quod exemplis Ietro atque Moyse quibus impugnaberis quasi armaturis tuis quibus & defenderis & aduersarium ferires uti nosti. Est enim hoc simile illi quod de Virgilio legimus: qui cum crimini sibi daret quod Homeri uersus operi insereret suo: At hoc inquit quod uituperatis: laude precipua dignum est: tanquam ego clauam ex manu Herculis eripuerim. Hoc itidem & nos de tuo ingenio dicimus. Perge igitur & florentes eloquii tui uires sepius exercere: sic enim erit inter discretos oratores non uulgare tuum nomen. Vale optime. Ex Roma tertio nonas octobris. Mille simo. cccc. lvii.

Alixus episcopus seruus seruorum dei: Dilecto filio Iohanni cardinali sancti Angeli: apostolice sedis legato: Salutem & apostolicam benedictionem. Ex litteris tuis Diaci decimasexta Iulii datis intelleximus te in partibus istis moraturum per aliquod tempus: ut quid agant turci: quidue parerent facilius intelligas: ac nobis & carissimo filio nostro regi Hungarie quam celerrime significes. Intelleximus & antea quod gesseras in regno Bosne. Laudamus opera tua & omnia per te gesta prudenter & accurate recognoscimus: Comendamus quoque circumspectionem tuam & animi constantiam ac bonitatem: que dum christi dei nostri negotium agit: nec labore frangitur: non timore

deiciat. neque periculo ullo a sancto proposito deteretur. Multa tibi debet apostolica sedes: & quidem pro singulari uirtute tua: proque grauius laboribus quos perpeffus es: scimus nos tibi plurimum obligatos: conabimurque uita comite pro tuis meritis personam tuam honorare. Nunc tamē necesse est ut pro seueres in sancto opere: personamque tuam a labore cepto non retrahas: sed pro tua excellenti prudentia in his continues: quae salus ecclesie ex te deposcit: cumque ad res fidei contra thurcos prospecte dirigendas maxime necessarium sit: ut carissimi in christo filii nostri Federicus romanorum imperator: & Ladislaus Hungarie ac Bohemie rex inter se reconciliati in turcos arma conuertant. Sitque modo quedam dieta inter eos indicta ad pacem tractandam: in qua dilectus filius nobilis uir Ludouicus bauarie dux tanquam mediator futurus asserit: utile nobis uideatur & quodammodo necessarium: ut & tu quoque eo te conferas in tam sancto opere nostro nomine tuas partes adhibimus. Ea propter mandamus tibi: ut nisi alia causa magis necessaria in Hungaria te retineat: & ad imperatorem et regem prefatos gressus tuos quamoties dirigas eos quoque ad pacem inducere coneris: & omnia facias que tibi uidebuntur ad reconciliationem ipsorum principum necessaria. Videatur enim rebus agendis omnino conducere: quod tu dictos principes adeas: siue per ipsum ducem ante aduentum tuum pax concludatur siue non. Namque si pacem factam inueneris: quod deus pro sua misericordia largiatur: habebis expeditam uiam qua principes ipsos ad ducendum contra thurcos exercitum efficaciter inuitare possis: Et alia multa sunt



in Alamania gerēdi que tuā pntiam exposcūt. Sin  
 uero qđ absit concordia nōdum factā inueneris: la  
 borandū tibi erit totis uiribus: ut ea perfici possit:  
 nisi enim principes ipsi depositis inter se discordi  
 is ad cōmune bonū unanimes fiant: Non uidemus  
 quid per Hungariā cōtra turcos patrari possit lau  
 de dignū aut existimatiōe uerū: quia multa sepe oc  
 currūt: in quibus personaliter adesse nō uales: & ta  
 mē tuā diligentia exposcūt. Misimus ad te dilectū  
 filiū Laurentiū rouarellā sacre theologie p̄fessoreꝝ  
 & subdiaconū nostrū: quem mittere possis ad ea lo  
 ca que tuipe adire nō uales. Is enim sicut in māda  
 tis a nobis habet: quicquid iusseris exequetur: & a  
 tua uoluntate nullatenus deuiabit. Insuper ut intel  
 ligas que nunc in ptibus Rheni per electores impe  
 riū tractant: facimus tibi copiam litterarū nostrarū  
 quas imperatori transmittimus: ut secundū scripta  
 nostra tuāq; singularē prudentiā eo te melius gere  
 re ualeas: quo fueris de singulis occurrētibus pleni  
 us informatus. Datū Rome die decimaquinta octo  
 bris. M:ccc:lvii.

Neas cardi. Senē. Leodrisio cribello S. P. D.  
 Affecerunt nos haud modica uoluptaet uir p̄  
 stans & amice singularis littere tue: quas ex  
 Mediolano decimasexta Kaleñ. Septēbris ad nos  
 scripsisti: legimus Iohannis Crisostomi epistolam  
 quam ex athica Romanam fecisti. Nesciebamus te  
 antea greci sermonis gnarum esse. prius translatio  
 nem hanc uidimus: q̄ te grece doctum audiremus:  
 tanto te magis existimamus: quanto maius est di  
 as linguas quam unam nosse. Non est nobis iudici

um de Grecis ad quod latine scriptum est e Greco  
uerfum si quid est quod sentimns admodū laudabi  
le est tersum suauē uiridum. Gaudemus te huc do  
ctrine profectum: ut laudari ab omnibus tua scrip  
ta debeant. At quod de nobis iudiciū facis: longe  
meius est q̄ nostra exigant merita: noscimus nos ip  
sos: nec fallimur cum laudamur q̄ ad cardinalatū  
euecti sumus diuine miserationis: non nostre uirtu  
tis. Non omnia dei consilia humana potest inuesti  
gare cogitatio. Sepe enim ad nostram ruinā tendūt  
que nos quasi felicia nel cupimus uel admiramur.  
Nec dignitas cardinaliū tantū in se bonum habet  
quantū per se ferre uideť. Et quidem nobis qui tā  
te glorie impares sumus: instar est potius miserie q̄  
felicitatis. Itaq̄ probe ad nos epistolā de exilio mi  
fisti: ut solamen nostre calamitati afferes aliquod:  
egemus enim consolatione nō parua. Naz sicut pre  
stantissimi patres inter uiles ululanti homines: ita &  
ignauī nostricq̄ similes quasi e patria fugati sunt cū  
cetui admiscerentur probatissimoz. Idq̄ nobis acci  
dit in sacrum collegium accersitis: in quo tremētes  
uiuimus: faxit deus: ut si non implemus hominum  
opinionēs omniū: at saltem non confundamus eos  
qui de nobis bona predicant: uiri prestantes & euo  
nostro singulares Nicolaus arzemboldus: & Seua  
curtensis: dum nos cōmendant: faciūt magis quod  
se decet quā quod nos meremur. Stephanus caccia  
Nouariensis ad quem scribebas diem obiit: nos lo  
co suo tuas legimus litteras Amauit te ille & amat  
proculdubio in paradiso uiuens. Non enī perit ani  
ma cuz copore abit: necq̄ uiri boni & Stephano pa



res ad inferos migrant: dum satis funguntur: sed re-  
cta uia celum petunt ei seruituri eoq; fructuri a quo  
repperunt esse: Ex urbe Roma die uicesima secun-  
da octobris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Nicolao arzimbaldi  
do. S. P. D. Mille annis tacuisses nihil ad me  
aut de me scribens: nihil tamē de nostro erga  
amore diminuissemus. Neq; enim nos latet quocū  
q; in statu sumus nos caros esse & amatos in men-  
te tua. Accepimus modo litteras tuas quibus ami-  
cum Comanum nobis cōmendas: erit nobis cure  
causa sua: & intelliget si opus fuerit tuas cōmenda-  
tiones sibi fuisse utiles: hic cardinalatus quem sine  
ullis meritis consecuti sumus: nulla in re nobis uo-  
luptati est: nisi ut aliquando pdesse possimus ami-  
cis nostris: inter quos tua probitas precipuum ha-  
bet locum. Tuum est igitur: ut opera nostra confi-  
denter utaris: cupimus tibi consortiq; & liberis be-  
ne esse. Vale optime: & nos quādo facultas sese ex-  
hibet: domino duci cōmendatos effice. Ex Roma  
uicesima secunda Octobris: Millesimo quadringē-  
tesimo quinquagesimo septimo.

Neas cardinalis Senensis Francisco philelpho  
militi & poete. S. P. D. Carmen tuuz insignis  
eques & optime poetarū accepimus. Simulq;  
litteras maternas scriptas eloquio uerbū emisit: nō  
xpiano: nō sapiēti uiro dignū ecclesiasticis sacramē-  
tis deuotissima mente susceptis: ad extremum usq;  
anhelitū intellectū: & uerba prudentis hominis re-  
tinuit. Sepultus est apud hospitale scē Marie theu-  
tonicorum: die undecima huius mensis. Vale opti-

me & amici animã in orationibus tuis cõmendatã  
habe. Datũ Rome die .xx. octobris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Sceue. S. P. D. Ste/  
phanus noster cacia Nouariensis cõis amicus  
ad quinta idus huius mensis animaz creatori  
reddidit. Hec scribimus nõ ut doleas amici obitu:  
qui more xp̃iano & ut sapientẽ decuit: ordinatis re  
bus suis ex hac luce migravit: sed ut congaudeas il  
li ad meliorẽ uitaz profecto: nobiscq; cõpatiaris tali  
orbatis societate: cogitesq; aliquando de nobis qui  
hoc in pelago sine uelis remisq; nauigamus: & flur  
ctuãte nauicula procellaz: turbine parũ absq; nau  
fragio absumus. Vellemus hic esses & rerũ nostra:  
rũ cursum intuereris. Sed quid querimus: ferẽda est  
fortuna quã deus imittit: Neq; enim dubitandum  
est: quin deo cura fit huius mundi: quem sue condi  
dere manus. Si curat igit̃ quecũq; accidunt: aut uo  
lente illo: aut permittente fiunt: hoc nos solatur: &  
equo iubet animo expectare tempus in quo: & ad  
Stephanũ & ad reliquos qui nos precesserunt ami  
cos euocemur. De re tua audiisti que sit pontificis  
sententia: non est cur modo alia queras: Deus ipse  
opem ferat Iohanni Caimo optimo uiro & amico  
tuo nostrocq; diximus de scutifero. nõ esse facturos  
quod tua iuberet amicicia: nec mutamus opinionẽ.  
Rogam⁹ te illustri principi: simulq; Nicolao arzim  
boldo nos cõmẽdes: cuius benignas litteras his die  
bus accepimus: nec dubitamus eum pro ueteri con  
suetudine nos amare. Vale optie Ex Roma die ui  
cesima octobris Millesimo q̃dringentesimo quin  
quagesimo septimo.



Neas cardinalis Senensis Martino mayr. S.  
 P. D. Scripsimus tibi non sine fiducia singu-  
 lari litteras longiores. Non scimus dare inania uer-  
 ba. amamus ex corde amicos: & huius adulari nesci-  
 mus. Crede optime corde loquimur: si facultas ad-  
 sit: nunq̄ deerimus uotis tuis. Et id certo certi⁹ ha-  
 be quia uerus amicitia nostra solida est. In facto ec-  
 clesie Romane illud tantū dicimus: quia nō ledit ca-  
 put sine membris. Nos hic curabimus ne cōcorda-  
 tis derogetur. Deinceps nō credimus nationē habe-  
 re causaꝝ querele si pacta seruent. De gratia nostra  
 siue reservatione scripsimus pridem & nunc reperi-  
 mus: nō est animus noster uexare quēpiam occasio-  
 ne illa: nec intendimus concordatis per gratias no-  
 stras in aliquo derogare. Vale: & nos ut soles ama  
 Ex urbe die. xx. octobris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Theodorico archi-  
 episcopo Maguntino. S. P. D. Ex Vigando  
 secretario tuo accepimus litteras dignationis  
 tue: cognitis his que cupiebas: mox adiuimus san-  
 ctissimū dñm nostrū: leto animo uotis tuis annuit  
 Nouit sua pietas quo animo: quoue opera tua dig-  
 nitas superioribus annis Romanā adiuuerit eccle-  
 siam: & ubi occasio detur: monstrabit se diligere tu-  
 am uirtutē. Nos autem in quacūq; re poterim⁹ eri-  
 mus semp & uolūtarii & prouisi desiderijs tuis mo-  
 rem gerere. Datum Rome die uicesima Octobris:  
 M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iacobo ptolomeo:  
 S. P. D. Litteris tuis q̄s de Montania & An-  
 drea filiis tuis & nepotib⁹ nostris ad nos scri

psisti: Respondimus semel & iterū nescimus an scri-  
pta nostra in manus peruenerit tuas: ideo hec pau-  
ca repetimus: ne putes mēte nostra excidisse: quod  
illic inuiolabiliter sedet. De Montania ob res que  
geste sunt difficile est rectum ferre consiliū. Intelli-  
gimus enim eā monasteriū abhorrere: matrimoniū  
autem reperire sua conditione dignum difficile est.  
Nos igit̃ relinquimus tibi hanc prouinciā ut sibi p̃  
suadeas quid in rem suam sit. Si essemus pecuniosi  
& more quorūdam cardinaliū abundaremus: dare  
mus illi & uirū & dotem. At cum tenuis sit condi-  
tio nostra: uoluntatē potestas impedit: ut cūq; sit ex  
paupertate nostra: centū illi aureos spōdemus quā-  
cūq; uiam ingrediat̃. Scriptoriā aplicam Andree  
tuo & si optamus: acquirere tamē nō ualemus. Ne-  
mo enim est: qui absq; mille aureis eā consequi pos-  
sit: oportet igitur alias ingredi uias: nos ubi poterit̃  
mus non deerimus necessitati tue: & si deus dabit:  
ut possessionē Varmiensis ecclesie consequi possi-  
mus: ita nos geremus: ut intelligas nos amātissimi  
fratris locum tenere. Datū Rome die .xx. octobris:  
M. cccc. lvii.

Neas Cardinalis Senensis Iutino equiti Cy-  
prio. S. P. D. Duab⁹ epistolis tuis gratias no-  
bis egisti super nobis que tui causa fecimus.  
Cognoscimus nos nec pro debito nec pro uolunta-  
te satisfecisse: sed tua benignitas: parua pro maius  
accepit. Gaudemus obtigisse tibi desiderium tuum:  
Nam & tua uirtus maiora mereat̃. Afficiat̃ tibi sum-  
mus pontifex: & desiderijs tuis ubicūq; potuerit fa-  
uebit satis. Amicus tuus & noster Stephanus cacia:



cuius sine lachrimis nō possumus meminisse: creatori deo animā reddidit. Rogamus te: ut eius nepotes apud illustrissimū ducem cōmendatos habeas: quibus beneficia sua collata sunt: & nos etiam p̄positurā unam tenuē obtinuimus. Velis nos principi & consorti eius cōmendare: qui ad eorū beneplacita semper inueniemur attentissimi. Datū rome die xx. octobris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohāni Iifure. S. P.

D. Amauim⁹ p̄bitatē tuā ante p̄motionē nostrā: & nūc potissime colimus obseruamusq̄. Inueniemus enim in te & ueritatē & prudentiā: credimus plane illud esse scilicet aliquos qui uulnerēt ut medendo lucrent: sed nō patiet caput sine dolore damnoq̄ membroꝝ. Mittimus cum presentib⁹ alphabetū quod optasti. si signatū recipies poteris illo uti: & nobis que grauiora erunt significare. Habebisq̄ responsa ex nobis que res ipse exigent. Decet uiros bonos curare: ne unitas ecclie magno parta labore iterum scindat̄. De concordatoꝝ obseruatione solliciti sumus: damusq̄ operam ne uiolentur. Amidius pro quo scribis: si inueniet̄ fuisse in possessione: ipse concordatoꝝ habebit pacem: idq̄ dominus noster nobis cōmisit inquirere. Vale optie: & scribe nobis frequēter. Naz litteras tuas quasi p̄sonam tuā intuemur. Datum Rome die. xx. Octobris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iodoco electo Vratislauiesi. S. P. D. Cōmisimus aliqua paternitatis tue referēda nostro nomie Bartholomeo canonico ecclie nostre Varmiensis sup reb⁹ eccliesiā

istam & antecessoris nostri bona cōcernētibus. Rogamus igit̄ ut sibi in his que nostro nomie dixerit plene credentie fidem: & in agendis oportunū fauorem p̄stare uelis: sicut de tua erga nos singulari caritate plene cōfidimus: Nos aut̄ ad beneplacita tua omni tēpore parati & uolūtariū sumus. Ex Roma: die decimaquinta octobris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Bartholomeo etēsi artiū & medicine doctori phisico archiepiscopi Maguntini. S. P. D. Reddidit nobis Vigā dus litteras tuas que gratissime fuerūt: tuam bonā ualitudinē indicātes. Voluissēmus petitioni tue morem gerere: sed nos nō decet cōtra primarias preces imperatoris aliquid attēptare: quia illas impetrauimus & sepe defendimus: & imperatorie maiestatis honorem tueri debemus: qui ab illa p̄moti & magnificati sumus: si qua alia in re possēmus tibi complacere esset id nobis uoluptati. Vale ex Roma die decima octaua octobris: M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Petro noxetano. S. P. D. Si nō scribimus ad te sepius: id facit negotioꝝ multitudo quibus distinemur. sumulq; tua humanitas qua non ueremur abuti. Extant apud nos scripta tua: quibus satis esse dicis si quater tibi scribamus in anno hoc nos pigros reddiderit: Dabimus tamē & sex & octo epistolas in anno singulos amicicie tue: nunc hec prima sit anni huiꝰ: qua nos bene ualere & animo & corpore intelligas quibus multa indies emergūt: que cōturbare cuiusuis hominis mentes queant: sed nolumus affligere cor nostrū: quando nihil est quod nostris subest uiribꝰ



reliquū deo relinquemus: cui⁹ est & nos perdere si  
 uelit & saluare: hanc ipsi mundi machinā cum non  
 esset inesse produxit. cui dubium est ei curam esse  
 operū que sue fecerunt manus. Hec tibi pauca scri-  
 psisse uolumus: rogātes: ut tu quoq; leto animo id  
 uite traducas quod superest. Optamus te aliquan-  
 do uisere atq; amplecti. Bene uale ex urbe. xx. octo  
 bris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohanni Campisio  
 placētino. S. P. D. Si nō scribimus sepe digna  
 tioni tue das ueniam nō ambigimus. Naz &  
 nos Vegio poete ignoscimus: quā nūquā nos ad  
 ierit: nec nobis quicq; scripserit postq; cardinalatum  
 accepimus: simulq; memores legis nōstre quādo cō-  
 mendas nobis aliquos huc ueniētes: & si responder-  
 mus: operas tamē nōstras illis offeremus. Estq; no-  
 bis iocundissimū litteras tuas legere & illos audire  
 qui a te ueniētes bonaz ualitudinē tnam nobis enū-  
 ciant. Cupimus te aliquādo uidere: & si parum spei  
 super aduentu tuo habemus: quando iam sedez ele-  
 gisti & uite simul & morti: Nos modo quod scri-  
 bamus aliud nō habem⁹ nisi obiisse: apud nos Ste-  
 phanū cacciam Nouariensem cōmunē amicuz quod  
 cū magna pars anime nōstre a nobis abit. Affecit  
 nos incredibili merore suus obitus: illud tamē con-  
 solationi nobis fuit q; fortem eum in transitu cog-  
 nouimus: nunq; enim eiulauit: nunq; fuerūt ita iocū-  
 da ab amico missa & cōdita salibus: in carniē plus  
 aliquid est q; nobis cōueniat. Nunq; nos id somnia-  
 rim⁹: qd tibi de nobis polliceris: necq; grādia hec si-  
 ne presagio uel uatum uel somniorū eueniunt. Noz

stra fors maior est uirtute nostra. Stulti sum⁹ si uo-  
lare altius ambiamus. Sed inest tuis uersibus incre-  
dibilis suauitas: que nos etiam adulādo delectauit  
Quod queris de paralellis plutarchi uanū est: petie-  
runt omnia: nemo est qui de his loqui norit. Nau-  
fragiū passe sunt littere: & quidē apud Rhodū: ubi  
nec reliquias relegere nautas: licz tu si more tuo sa-  
pias: amisso libro nō aducies ut amicū crucies. apd  
Reuerendissimū cardinalē de colūna uidimus & le-  
gimus Sforciada tuū opus tersum & dignuz: quod  
priscis poematibus annuerent: & tu Francis ducis  
qui gestas res decantares: dign⁹ eras: & illius uirtu-  
ti tua musa debebat: si tñ dignis ille te p̄miis p̄seqt  
& egere uetat: si secus agit hortamur fistole ut cerā  
ad moueas. Naz maius illi tua taciturnitas q̄ sua ti-  
bi tenacitas detrimētū prestabit. Vale & nos ama  
ut soles. Ex urbe. xxv. Octobris. M. cccc. lvi.

Neas cardinalis Senēsis Iohāni cardinali san-  
cti angeli. S. P. D. Accepi ex Laurino litteras  
tuas. Scripsisti nos hic oīa bene agere: putauī  
id ironice dictum esse: nunc ironiaz omnē abfuisse  
contendis: cedo: uincētīq; do manū De re altera Bo-  
hemica nō est opus q; modo disputem⁹: liberis nō  
litteris esset agenda: & tandē sua cuiq; sententia re-  
maneret: uellem dignatio tua in Germania poti⁹ q̄  
in Hungaria degeret: idq; putarē utilius res perniti-  
ose agitant qui contra nos sunt: Gallicanā appetūt  
sanctionem qui nobiscū sentinnt: papatum ex apo-  
stolica sede requirunt: tua prudentia multum utilis  
est ad obuiandū priusq; uulnus infligatur. Sunt qui  
dam de hic stantibus: qui se omnia uno uerbo mo-



dificaturos aiunt: si cum imperio ad partes illas ermitterent. Sed ita est humane conditio omnes pluris apud nos ipsos q̄ apud alios sumus: cuz uerba fiunt de prouisione apud pontificē maximū abinde se sua sanctitas tue dignationi necessaria ministrare affirmat. De beneficiis hispanicis scis: non dubito meā uocem esse tenuissimā: qui nec Senensia impetrare ualeo. Noua sunt apud nos sicut heri & nūdius tertius rea Aragonū classe ingenti cum liguribus minatur: Etrucos territat. Iacobus piccinin9 obsidionem tenere fert̄ contra Perregulā Sigismūdi oppidū. Sed metus est maxim9: ne Sigismundus & ipse simul cōuenientes iussu regis contra Senas profiscant̄ diuisionibus laborantem. Nam finito octobri: nō est Iacobus amplius Senensib9 obligatus: nec alia. Modo cōmendo me reuerēdissime paternitati tue ad ei9 mandata paratus. Ex roma die secūda Nouembris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Procopio rabēsteyno. Salutem plurimem dicit. Presumptio fortasse nostra est quod tibi in patria inter necessarios: inter dulces amicos constituto litteras dantes ab illis te auertere ad scripta nostra confidimus sed sumus etiam nos amici: & timemus ne inter delicias tuas obliuioni demur: Quod si presumiuus: nimis presumptionem charitas peperit. Tibi certē non erit fatultas: quin uiso Epygrammate nostro: ad interiora transeas inquirenda. Scis enim qui nō frustra solemus scribere: sed quid est dicis magnus est. Scis equidem quanto labore conclusionem ex apostolica sede in re ipsa Bohemica deduximus.

Scis quot sint aduersitates: & magni & rubri capitis: nunc tempus est neruos intendas tuos & opera naues dum rex apud te est: cudito ferrum dū calet: & nobis q̄ celerrime scribito: qui nunq̄ in sancto illo opere deerimus. Nescimus an cardinalis sancti angeli pater optimus ad te uenturus sit: quē admodum papa sibi mandauit: crederemus dignationez suam utilē esse in tanto cōuentu: quod deus concedat. Rogamus te ut in causa Variniēsi eos fauores nobis prebeas quos speramus. nam Lutico tibi notus nobis aduersus: & habet fauorez regis Polonie. Italia satis quiescit: sed metus maximus est: ne finito mense octobri rex Aragonū Etruriā infestis signis terra marique petat. Naz & classē habet ingentem: & Iacobū piccininū cum exercitu misit in marē hiam: deus meliora promittat. In causa Olomūzēsi si faciemus cōtemplationi tue quecūq; poterimus: Tu autem deinceps curato: ut littere regie ad papā dirigende in causis episcopalib⁹ ad nos transmittantur: & sic poterimus magis prodesse. Nam cause illis cōmitti solent: qui litteras regias p̄sentant: & ita nūc factū est: cui⁹ dñs Papiensis illas habuisset. Expedi igit̄ post hac considerare: qui sunt illi quibus littere cōmittunt̄ afferende. Cupim⁹ ut nos maiestati regie & magnifico gubernatori sepi⁹ cōmendes. Vale optime ex Roma die secunda Nouēbris. M. eccc. lviij.

Neas cardinalis Senensis Henrico senstleben  
S. P. D. Littere tue uicesima septima septēbris  
scripte hodie nobis reddite sunt: cognouimus  
apud uos rerum gestarū ordinem: sed post bellum



erit aliquando paci locus. Rotarella si cōmendauit  
amicū non miramur: ambo gallizant: ardet homo  
incredibili desiderio ut theutonicus uideat: & theu  
tonie rector rex si sapiat iis utē cū quibus salis cō  
medit modiū. Cardinalē sancti angeli cupimus Al  
baniam reuifere & consulere rebus agendis: mittit  
tō sibi litteras aplicas super facto Varmiensis ec  
clesie in fauorem nostrū: & contra Iohannē lutico  
nem: curato: ut sibi q̄ celerime tradant: ne nostri p  
curatores impediant circa possessionem: si quis per  
mendacia regem detineret: scribendo q̄ papa spem  
daret pro luticone. Cōmendamus tibi Paulū legē  
dorff: ut iuues eum in adipiscenda possessione deca  
natus Glogouie maioris: quem sibi cōferri fecim⁹:  
bonus uir est & omni fauore dignus. Si placuisset tī  
bi Olomuncensis ecclesia: idq̄ tuis litteris intellexi  
mus: nihil omissemus ad honorem tuū procurādū:  
sed uisum est reuerētā tuam nō habere in ea re ani  
mū: ideo supersedimus: ne credentes placere displic  
ceremus. Hic non sunt noua memoratu digna: nisi  
q̄ picininus iam est in marchia & obsidet locū cui  
nomen Pergula Sigismundi malateste. Prefect⁹ ur  
bis egrotat: sed cōualiturus creditur. Vale optime  
Ex roma die secunda nouēbris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senēsis Iohanni rode secreta  
rio regio Salutez plurimā dicit. Facis probe  
quod ad nos sepe scribis: ostendis enim te no  
stri amicuz: & uoluptate nos afficis ornatissimo di  
cendi genere: regiā maiestatem nihil credimus non  
iuste nō prudenter agere: cuz quia suapte natura in  
bonum fertur: tum quia stipatus est cōsiliariis opti

mis cupimus eius nuptias faustas esse & orbi futu-  
ras: quales sperant̄ cōmendasse Rouarellā in suo re-  
cessu hominē de quo scribis nihil miramur: ambo  
Parisius studuere: ambo gallizant: sed maior ille re-  
ctorē se Germanie & patrem regis uideri uult. Re-  
gia uero maiestas si more patrio utē illis se credet  
quibus cū salis modiu edidit & amicitias ueteres p̄  
ponet nouis. Gaudemus te consecutū esse beneficiū  
& iam deniq; alligatū ecclesie uidebimus procul te  
magnum si uixerimus. Es enī apud eū regē: q̄ tue uir-  
tuti debita nō denegabit premia: tantū perge ut ce-  
pisti: & ab optimo regis latere nunq̄ discedito: cui  
si nos aliquādo cōmendaueris: dederisq; facies qd̄  
de tua erga nos caritate non dubitamus. Datus Ro-  
me die secunda nouēbris. M. cccc. lviij.

Neas cardinalis Senensis Nicolao Iiscio. Sa-  
P. D. Credim⁹ te miro perfrui gaudio in Bo-  
hemiā reuersum. Rogamus ne deliciae Pragen-  
ses memoriā tibi nostri auferant: sed cures potius:  
quō res inchoata concordie suū teneat cursus: & no-  
bis rescribas persepe. Causam quoq; Varmiensis ec-  
clesie tanq̄ tuam tibi cōmendamus: neq; enī nobis  
sine te frugifera erit: stude ut frequentius litteris ex  
curia regis procuratores nostri ad possessionē capi-  
endā missem iuuamē habeant: & confundant̄ tuo  
patrocinio qui nobis aduersi sunt Videbis que scri-  
bimus magnifico cācellario: cura ita fieri ut cupim⁹  
ne plus apud regē ualere uideant̄ qui iuniores sunt  
in eius gratia: credimus te plane intelligere que di-  
cimus. Nostra italia nunc quiescit: solum Genuen-  
ses cum rege Aragonum lites habent: & Sigismū/



dus malateſta: contra quem miſſus eſt ipſe Iacob<sup>9</sup>  
 piccininus. Sed magnus timor eſt ne Sigifmundus  
 ipſe cum comite Iacobo cōueniens: aduerſus Etru  
 ſcos noſtros incendium uertant: & regia claſſis Te  
 lamonē aggrediatur. Nam id iam homines auguri  
 ari uident: cetera apud nos quieſcunt. Vale optime  
 & ſerenitati regie ſimulq; gubernatori nos aliquan  
 do cōmenda. Ex Roma die ſecunda Nouembris:  
 M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senenſis Vlrico rieder: Sa  
 lutem plurimā dicit. Miramur non eſſe euer  
 ſum ad te eum: cui mutuas dedimus pecunias  
 cum in cauſa Laurinenſi ab imperatoria maiestate  
 fuiſſet miſſus: Si quid de eo audiueris uelis procu  
 rare: ut nobis fiat ſatis de tua diſpenſatione: facie  
 mus cum domino correctore: quantum erit nobis  
 poſſibile: quia cognoſcimus nos obligatos in omni  
 bus morem gerere uoluntatis tue quantuq; facultas  
 adest. Fuiſſet tamē neceſſe: ut alias tibi ſcripſimus  
 intelligere quid ſit tibi opus: cum de prioribus diſ  
 penſationibus notiā nō habeamus. In cauſa Var  
 mienſi credimus iam te expediuiſſe nunciū noſtrū:  
 ſi quid fiendum deinceps: cauſaq; illam amicicie tue  
 cōmendamus. Gaudemus reuerendū patrem domi  
 nū Gurcenſem libertati reſtitutū eſſe: ſed dolemus  
 graui cum pecunia mulctatū. Sue ſapiētie fuit equo  
 animo tollerare huius mundi conſuetudinē: in quo  
 nihil eſt certi. Cupimus tandem pacem eſſe inter ce  
 ſarem & regem: quam deus ipſe largiatur. Nos hic  
 alia non habemus noua niſi q̄ rex Aragonū comi

tem Iacobū piccininū cōtra Sigismundū malatestā  
misit. Sed multoꝝ opinio est illos duos duces con-  
cordiā inter se habituros: iunctis uiribus cōtra Se-  
naz ituros: nescimus de futuris iudicare. Classis ma-  
gna regis Tyrrenū nauigat equor: & dum Genu-  
ensibus minā: Senenses simul & Florētinos terru-  
tat: reliqua omnia cōquiescunt. hec imperatorie ma-  
iestati significare poteris: nosq; sibi cōmendare ad  
eius semper mandata paratos. Datū Rome die se-  
cunda nouembris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohanni hinderba-  
chio. S. P. D. Accipimus litteras tuas: que no-  
bis gratissime fuerūt. Gaudem⁹ tibi bene suc-  
cedere: utinā & pacem in cōmuni haberes: expecta-  
mus fratrem tuū ut q̄cito redeat & Ambrosio satif-  
faciat: nos qui sepius in causa pecuniaria molestat.  
de perchteschaden: expectamus tandem aliquid gra-  
ti audire. cōmēdamus tibi ecclesias nostras in Gre-  
ze & in Hirning ut tuo fauore iuuētur: & nobis de-  
niq; utiles esse possint. Similiter & Iacobū nostruz  
suchrer tibi cōmendamus in agendis suis. Cupim⁹  
ut nobis sepe scribas: & nos imperatorie maiestati  
cōmendes. In prepositura tua usq; modo nihil sen-  
timus aduerse. si quid senserimus: erit nobis amici  
cura ut debet. alia non occurrunt. Vale optime Ex  
Roma die secunda Nouēbris. Millesimo quadrin-  
gesimo quinquagesimo septimo.

Neas cardinalis Senensis Vlrico ep̄o Gurcē/  
si: Salutem plurimam dicit. Quamuis permo-  
lestum nobis est quod audiuius de magna  
quadam pecunia tibi imposita. Gaudemus tamē q̄



carcerem euasisti: & libertas tibi tandem parta est. Si qua sunt q̄ tui causa facere possumus: habes nos in omne desiderium tuum & pronos & uoluntarios & illi sumus in amicitia qui semper fuimus: Rogamus ut equo animo feras fortune nouercantis impetum: quia hic est mundi cursus: & is recte utitur eo qui minus mouetur aduersus. Vale optie ex Roma die secunda Nouembris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohani nihili. S. P. D. Iocunda sunt nobis omni tempore scripta tua: quibus germanica negocia patefacis: quam uis non ea sunt que uellemus. Deus aliquando finez imponit diutine calamitati: & consanguineos reges non sinet inter se odium amplioribus se flagrare. Italia nostra non minus quam Germania discors est: ubi semper aut figet bellum: aut belli metus instat. De beneficiis postulati Olomuncensis non uidimus quid fieri pro te possit cum postulato referuari petantur ob ecclesie tenuitate. Procurauimus conferri tibi iam dudum canonicatum Vratislauenfi quod tibi Venesslaus exposuisse debuit: si Varmiensis consequemur ecclesiam: erimus tui imprimis memores: & dicemus nos te proculdubio amauisse. Vale & serenissime imperatori commendatos nos facito. Datum Rome die secunda nouembris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohanni troster. S. P. D. Scripsimus tibi per Nicolaum creuil quod fecerimus in re Varadiensi patris optime respondisti nobis omnia bene se habuisse: fuit id nobis gratum. Sed accepimus postea Rouarellam uerbis suis omnia in honorem alterius trastulisse: que

nos ipsi feceramus: & pomposum illū uentosum ac  
fumo plenum: quem optime nosti omnium rerum au-  
ctores dixisse: credimus patrem illum sapientē nō  
plus credere uerbis q̄ necesse sit & optime nosse q̄  
sit natura Galloꝝ quos necesse est cacumina pete-  
re: ut inde clamantes melius audiunt: sed ita quorū  
sum uelint prorūpant delaboranturq; . Nos qđ fut-  
mus id erimus erga Varadiensem ep̄m: tu cura ut  
ualeas: & nobis q̄ sepissime scribas: cuius litteras sci-  
mus ueraces esse. Datum Rome die secūda nouem-  
bris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Andree uicecomiti  
S. P. D. Accepimus hodie litteras tuas antea  
uero nullas obitū reuerendi patris ep̄i Noua-  
riensis una tecum deploramus. deus illi misertus sit  
& locum pacis dederit. Vellemus audire de te meli-  
ora: & omnia tibi ad uotum succedere. Nam te loco  
fratris amamus: cuius amicitia quōdāz dulcissima  
fuit: & nunc gratissima recordatio. Miramur ma-  
gnificū Scramuciaz non te fraternis oculis intueri:  
scribemus sibi: & pro uirili nostra hortabimur: ne  
carmen suū deserat. Gaudemus magnificū Alexan-  
drum qui tibi nō deest: & nomini tuo satissacit: cui-  
us est esse liberalē. Nos si quando pinguior fortu-  
na respexit: non dabimus obliuioni Andreā nostrū  
eui. & pro sua uirtute tenemur: & q̄a ex illa domo  
natus est: cui debemus omnia pro beneficiis que in-  
de accepimus. Vale ex Roma die tertia nouembris

M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohanni de Lisura  
S. P. D. Non potuimus dispensationē p̄ ami-



eo tuo obtinere super bigamia. Difficile; eam rem  
 summus pontifex arbitratus est pro eo: qui contra  
 concordata uexari dicebat. Fecimus uerbū domīo  
 nostro: mādaui sua sanctitas: ut uocato iudice cau-  
 se preciperemus: ne ulterius procederet. Iudex erat  
 Bernardus de busco quem nosti. uocauimus euz: &  
 uoluntatē summi pontificis sibi notam fecimus: is  
 pariturū se ait: ubi constiterit illum contra concor-  
 data uexari: & nunc id discuti: quantum nostre fa-  
 eultatis erit. non uiolabit concordia nationis: pecu-  
 ius honore semper pugnabimus. Per Viganduz se  
 cretariū Maguntini misimus tibi Alphabetum &  
 nunc duplicamus: quia forsitan illud non recepisti.  
 Poteris scribere mentis tue conceptū: & cōsulere ec-  
 clesie necessitati: notum nobis est acumē ingenui tui  
 multumq; tuo pro iudicio deferimus. Labore tuo  
 nostroq; si licet dicere: quietem cōsecuta est ecclesia  
 nostris diebus apud Germanos. faxit deus ne lace-  
 rari uideamus: quod aliquādo resarciuimus multa  
 rumor affert: & Germanos fieri Gallos mutatione  
 contendit. Nobis uia salubrior esse uidetur qua pa-  
 tres nostri ambulauere: sed noua tēptabunt itinera  
 noua quoq; picula inueniunt. Nec facile sua in dio-  
 cesi quisq; potifex papatū habebit: & sunt q; q̄runt  
 & eius rei causa nigrum in candida uertunt. Sed tu  
 bene uale: audies uocatione; oratorū principū que  
 hic facta est: utinam ea aliquid boni pariat. Datū  
 Rome die quarta nouēbris. M. cccc. lvi.

Neas cardinalis Senensis Iohanni tolner. S.  
 P. D. Accepim? lrās tuas pro qbus tibi grāa  
 agimus: qui nostris in rebus fideli sollicitudē

ne uteris. Grauiam⁹ te sed nō potest fieri: quin ami-  
corū utamur opera: Et nos aliquādo si deus dabit  
aliquid pro te faciamus. Expectamus Cyriaciū qui  
ueniat in facto prepositure: & quantū in nobis erit  
cōcordabimus cum decano: quia postq̄ promissus  
est nolimus retrocedere. De prebenda Vormaciē  
si scripsimus ut Petro morem geres: habita aliqua  
recōpensa. ne scimus quid ille fecerint tecum. Idem  
quoq; de prebenda collegiate ecclesie: sentire cupi-  
mus quomodo se habuerit ille cui pmisimus cede-  
re. Quod nouissime acceptata sit alia prebenda no-  
mine nostro nō placet: uolumus esse in pace cū istis  
paruis beneficiis: nec intendimus si possimus cuiq̄  
esse molesti: beneficia quoq; concordata nolim⁹ ac-  
ceptari idest monasteria: & utinaz possemus facere  
etiam sine p̄positura: quia nollem⁹ illi nationi quo-  
uis pacto displicere: sed necessitas urget si statū te-  
nere debemus cōueniētē: & reputam⁹ nos esse Ger-  
manos: tanto tempore illi natiōi seruiuimus: quod  
si natio illa prorsus nō excludere uult: ferem⁹ equo-  
animo: nec minimū beneficiū amplius in illa quere-  
mus: quod de benignitate illorum prelatorū nō ar-  
bitramur esse. Vale ex Roma die quarta nouēbris  
M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Petro Cnor. S. P.  
D. Grate fuerunt nobis littere tue: quibus no-  
uitates Germanicas significasti & dietarū in-  
stitutiones. Scimus nos esse tibi caros: qui omnia ut  
amico cōmunicas. estq; nobis non parua uoluptas:  
te tenere memoriā ueteris amicitie. Vellemus nati-  
onē tuam uti sano consilio: & non repente ad noui



tates prorumpere: multo labore parta est pax eccle-  
 siastica: facile rumpeſi uolueritis. At erit non ſolū  
 damnosa: ſed etiam uobis: & cum uoletis reſarcire:  
 nō poteritis leuiter: quod nobis dicis imputari. De  
 reſeruationibus ac penſionibus neſcimus id ſibi ue-  
 lit: niſi fortaſſe de uno monaſterio prope Conſtan-  
 tiam quod impetrauit ꝑthonotarius de Lapide: in  
 quo penſio nobis centum florenoy assignata exti-  
 tit. Id ille aiebat placere principi patrie: nec erat cō-  
 tra concordata: cum electio ibi canonica nō fuiſſet.  
 De alia penſione nunq̄ nos intromiſimus. De reſer-  
 uationibus eſt uerū quod habemus bullā pro duo-  
 bus milibus florenoy. Credebamus nationē illam  
 non egre ferre: ſi nos qui in ea nutriti ſumus: tantū  
 illic in beneficiis haberem⁹: & nihilominus dixim⁹  
 pape: & ſcripſimus archiepiſcopis Magūtino Tre-  
 uerenſi & Coloniēſi nos illa bulla nullaten⁹ uti uel-  
 le: ubi concordatis cum natione aduerſaretur. Itaq̄  
 neſcimus cur nobis aliquid imputari poſſit. Cōmē-  
 damus tibi unionē eccleſie: ut facias quemadmodū  
 conſueuiſti: quia nihil pace melius. Contra Prute-  
 nos ſedes apoſtolica uſa eſt ſuis armis: reſtat in uoſ  
 ueſtris utamini. Si qua in re natio ipſa grauāt: pōt  
 recurrere ad ſedem aplicam: crede non ſpernent ꝑ-  
 ces ſue. Fuiſimus locuti ſanctiſſimo dño noſtro de  
 iuramēto tuo: Sanctitas ſua uiue uocis oraculo no-  
 bis dixit: q̄ iuramentū illud ſuſpēdebat ad effectū  
 ut poſſis Romane eccleſie utilius ſeruire: & ita po-  
 teris affirmare te non eſſe obnoxiū iuramēto. Age  
 igitur ut cōſueuiſti: nos ſemper inuenies paratiſſi-  
 mos ad ea que tibi grata ſunt: & inclite nationi uti-

lia cupimus: ut nos cōmissos facias principi Mar/  
chioni Alberto: cuius eximie uirtuti animam debe/  
mus. Vale ex Roma die .vii. nouēbris. M. cccclvii.  
Neas cardinalis Senensis Iohanni Cardinali  
sancti angeli. S. P. D. Ex Buda iteruz litteras  
tuas accepi colendissime atq; optime pater: ex  
quibus didici non cōperto apud austriales rege di/  
gnationē tuam cū in Iaurinū uenisset retrocessisse:  
nō est mihi dubiū: quecūq; agis: optio cōsilio fieri.  
Turbines illarū partium nondū esse sedatos & pu/  
blica & priuata causa moleste fero. Sed nouit deus  
sine cuius nutu nihil agit quid rei xpiane expediat.  
quod redeas in Germaniā Pragāq; petas & probo  
& laudo. Quod times in re Bohemica: credito nihil  
ego tēptabo: sileo & silebo q̄diu uolueris: nō tamen  
adulabor. Non sum in opinione tua: ut scandaliza/  
ri theutones in illa parte putem. Sed q̄uis mihi nō  
psuades: nō tñ plus mihi q̄ tibi credo. cedo & capti  
uo ingeniū meū: & ubi non est ratio auctoritati cō/  
sentio. Illud tamē uaticinor nunq̄ uel tua dignatio:  
uel mea prauitas Bohemiam ex integro apostoli/  
ce sedi unitam uidebit: atq; ego utinā fallax sim ua/  
tes & inueniar in hac prophetia uanus. De reb9 no/  
stris nihil est quod scribam memoratu dignū. Vrsi  
ni cū comite Euerso sicut heri & nudius tertius bel/  
lo sese agitant: concordia sepe quesita nondum in/  
uenta est. Cardinalis eius familie abest: neq; se tutū  
Rome arbitrat. Apostolica pietas eo est uultu quo  
fuit dum abiisti. Prefectus urbis e grauissima febre  
conualuit. Piccininus e regno Neapolitano cum co/  
piis suis in agrum Picenū profectus: Sigismundo



malateſte bellū itulit:caſtellacꝫ nōnulla ibi ademit  
 Genunſes a regia claſſe admodū opprimunt.lega  
 tus marchie indies expectatur cancellariā initurus.  
 que ſcribam nō habeo plura.Cōmendo me reuerē:  
 diſſime dominationi tue:rogans ut ſi regem Hun  
 garie adeas: apud eū cām eccleſie mee Varmiēſi ad  
 iuues.Nam is cum rege Polonie plurimum poteſt.  
 Ex Roma die decimaſeptima nouembris.Milleſi  
 mo.cccc.lvii.

Neas Cardinalis Senenſis Poggio Florenti  
 no:Salutem plurimam dicit.Rure datas Pog  
 gi amantiffime tuas litteras accepim⁹:que no  
 bis & iocunditati & uoluptati fuerunt. Neqꝫ enim  
 aliud eſt uſquam hominū:cuius ſcriptura libentius  
 quā tua legamus.Eſt enim in eis & dicēdi ornatus  
 & ſine quo ſacrificiū ueteres noluerunt debiti ſalis  
 condimentū.Gaudemus te bene ualere: & inter ru  
 ſticandū philoſophari:utinam & nos par uita tene  
 ret.Sunt qui egre ferunt inter ruſticos uitam agere  
 ex quibus nihil queant diſcere.Nobis autē moleſtū  
 inter eos uerſari:quos nihil docere poſſumus.tedet  
 ſemper diſcere:& magiſtri uoces om̄ibus horis au  
 ribus inculcari noſtris. Quod ſi alterum eligendū  
 fit:auditores libentius quā doctores feremus.Naz  
 ſi pueris moleſtum eſt ſemper audire:quid ſenes a  
 gant.Poeta inſignis in opere initio:Semper ego in  
 quit auditor tantum nunquam ne reponam uexa  
 tis totiēs rauci Theſeide codri. Multi ſunt hodie  
 & codri & Traſones:quos audire inuiti cogimur:  
 & nihil diſcentes diſcere.Nos igitur te felicem dici  
 mus:qui apud eos euū traducis: qui te plane ſapient

tem fatent & audient percipide: quāuis quocumq;  
in loco fueris: idem tibi accidat necesse esse: cui⁹ eti  
am apud patres nostros nomen laudatissimū fuit.  
Ad oblationes tuas nihil modo respondemus: cuz  
prioribus litteris: & quo loco te habeamus: & qua  
les erga te sumus abunde a nobis scriptum fuerit:  
credimus te arbitrari nos & tibi & tuis esse deditif  
sumos: q̄ si eo es animo nihil falleris: nos de te no  
bis omnia persuademus Vale ex urbe Kal. decēbris  
M. cccc. lviij.

Neas cardinalis: Senensis Federico impera  
tori. S. P. D. Accepi litteras tuas ex Bartholo  
meo canonico Varmienfi pcuratore meo: qui  
scribit mihi circa negociū meuz benignissimū & hu  
manissimū habuisse responsum: Na3 ut retulit sibi  
Ulricus riedrer tua maiestas lrās requisitas ad fere  
nissimū regem Polonie mei causa scribi iussit: fecit  
tua clementia ut consuevit erga me seruulū suū: cui  
ius auxilio atq; fauore ad cardinalatū eleuatus sum  
sed seruauit etiam suam in me consuetudinē: cancel  
larius Ulricus uelzeli: qui rogatus & interpellatus  
multis uicibus: quas iussus erat litteras expedire cō  
templit. Expectauit pcurator meus sex diebus: &  
tandem sine litteris tue maiestatis recessit: ob quaz  
rem negociū meū magnum patit̄ detrimentū: cū ui  
debor tuo fauore priuatus. nescio cur me ille adeo  
prosequit̄. Nam si ego illam ecclesiā nō obtinero:  
non tamē aliquis amicus suus eaz adipisceat. Suppli  
co igitur: ut tua clementia per aliam cancellariā lit  
teras requisitas expediri iubeat: & deinceps si quid  
occurrat in ea causa scribendū in cancellaria aultrie



dignetur mansuetudo tua id cōmittere ad expediē-  
 dum. Nam ego Velzeli gratiam inuenire non posi-  
 sum: nescio sua an mea culpa. Ego his diebus con-  
 sanguineū suum apud pontificē maximū adiuui: &  
 cuz illi deesset pecunia: in domo mea alui donec ex-  
 pediret: deus sibi meliorez mentem prebeat. Noua  
 istarum partiū hec sunt. Vrsini & comes Euersus  
 adhuc bello se uexant. Comes Iacobus piccininus  
 Sigismundū malatestā armis laceffit. Rex Arago-  
 num Genuenses classe premit: & in riparia Genue  
 plura oppida ui & tractatu cepit. Papa sospes est:  
 & ad rem contra thurcū feruentior indies assurgit.  
 Ex orienti certum est nunciū allatuz thurcos apud  
 Mitylenem bello uictos fugatosq; esse. Alia nō oc-  
 currunt. Facio me cōmendatum sublimitati tue ad  
 eius sēper mandata paratū. Ex urbe die uicesimase-  
 cunda nouēbris. M. cccc. lvii.

Neas Cardinalis Senensis Iohanni Nihili:  
 Salutē plurimā dicit. Accepimus litteras tu-  
 as quibus rogas: ut prepositurā Brūnensem  
 tibi impetremus. uoluissimus non fuisse preuentaz  
 amiciciā tuam: fecissimus pro te quod nostre uires  
 potuissent. Nam te sincere amamus & fratris habe-  
 mus loco. Sed iam circiter menses tres elapsi sunt:  
 q; dominus Venceslaus bohemus cuz hic esset ora-  
 tor dominoꝝ de Rosis eaz in nostra presentia a do-  
 mino nostro petiuit: & papa nobis cōmisit: ut adue-  
 niente tempore sibi ad mentem deduceremus: itaq;  
 non poteramus fidem non seruare. Heri ea preposi-  
 tura Venceslao collata est: quāuis maiestas regia re-  
 seruari illaz postulato cuperet. Rogamus igit equo

animo feras quod factum est. Nos deinceps cura-  
bimus pro uiribus tue uoluntati morē gerere: si qd  
occurrat in quo possumus adiumento esse. Naz cer-  
te anxii sumus pro tua uirtute tibi non esse prou-  
sum: si obtineremus Varmiensem ecclesiam: ibi ali-  
quid tibi pingue cōcederemus. sed res longa est at-  
q; perplexa. Agimus tibi gratias q; nouitates ista-  
rum partiū nobis sepenumero scribis: idq; ut sedu-  
lo facias rogamus. Datum Rome die uicesimasecū-  
da Nouēbris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Iohanni hinderba-  
chio Salutem plurimā dicit. Accepimus ex lit-  
teris Bartholomei canonici Varmiensi procu-  
ratoris nostri: litteras in causa nostra petitas quam-  
uis a cesarea maiestate concessas nō tñ obtentas fu-  
isse: quoniā cancellarius eas expedire suo more ne-  
glexisset. ob quā rem Bartholomeus quāuis sex di-  
ebus expectasset: sine illis recessit: & licet Artōgus  
illas ad nouam ciuitatē afferre debuisset: nihil tñ fa-  
ctum est. Non miramur de cancellario: ille enim su-  
am erga nos seruat consuetudinem: sed miramur te  
passum esse res nostras in manus illius peruenisse:  
qui nostri & nos & illum: poteris insuper cum eius  
cunctationē uidebas cesarem accedere: & rei nostre  
alio modo consulere. Nos hic nullā habemus aliaz  
curam q̄ cesari & suis morem gerere: & scimus nos  
id esse obnoxios facere: neq; cessabimus uita comi-  
te. equū tamen putamus aliter nos in curia cesarea  
tractari: & cum nō dubitemus principis gratiā ha-  
bere: nō possumus non uehementer admirari ita rē  
nostram esse neglectam. Ceterum cum preterita re



prehendi facilius q̄ corrigi queant: rogamus dein-  
 ceptis non patiaris quod nos tangit ad imperialē de  
 ferri cancellariam. Et cum nos hic uestri sumus: uos  
 illic non sitis nobis alieni. Si uideatur aliqua uia qd̄  
 adhuc littere mitti ad regem Polonie possint: faci-  
 to quod amico credis esse utile: & purga morā. Va-  
 le ex Roma die uicesimasecunda Nouembris. Mil-  
 lesimo. cccc. lviij.

Neas cardinalis Senensis Vlrico riedrer: Salu-  
 tem plurimā dicit. Littere cesaree ad regē Po-  
 lonie nostri causa scribende: ut ex Bartholo-  
 meo sumus edocti: quāuis cesare benigne obtineri  
 non potuerunt. Nescimus an Velzeli culpa qui te-  
 nuit expeditionē: an tua qui homini nobis parum  
 amico expeditionem cōmisisti. Nos certe non sine  
 graui damno frustrati sumus. Si quid a nobis com-  
 missum est propter quod ita debeamus in curia ue-  
 stra tractari. Rogamus nos certiores efficias: & si  
 peccatū nostrum est id emendabimus. Nos certe q̄  
 a cesare ueniunt summa eos diligētia prosequimur:  
 ac non solum uerbis: sed etiam pecuniis iuuamus.  
 Velit deinceps tua amicia negocia que nos concer-  
 nunt: ad aliā deferre cācellariā ubi amicos habem⁹:  
 & litteras nostras cesareo culmini legito. Datū Ro-  
 me die uicesimasecūda decēbris. M. cccc. lviij.

Neas cardinalis Senensis Vlrico ep̄o Gurcen-  
 si: Salutē. P. D. Gaudemus de reditu tuo: & si  
 magna pecunia emptus est: sed lōge p̄stat pecuniā  
 q̄ corpus negligere. si potuissēmus tibi esse adiūmē  
 to: id quidē cupide egissēmus: neq; negleximus qd̄  
 in nobis fuit: quamuis profuit nihil: ita nunc res se

habent: nec humana: nec diuina iura pondus habent. Sed putamus adhuc illum daturum penas: qui tantum admisit scelus. Nunc quod scribamus: non est aliud: nisi quod tecum conquerimur non potuisse nos in curia cesarea litteras obtinuisse ad regem Polonie commendaticias: quod quidem non de cesare dicimus. Nam sua mansuetudo benigne annuit litteras scribi debere: sed cancellaria impedimento fuit: cuius rector procrastinando negauit impeditionem: & procurator noster delusus abiit: non sine magno damno nostro: qui litteras cesareas nobis admodum pro futuras arbitramur. Rogamus te: ut hoc cesareo culmini exponere uelis: & si quis est prouidendi modus rei mee consulito. Ex Roma die uicesima secunda Nouembris: Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo.

Neas cardinalis Senensis Henrico senftlebē:  
Salutem plurimam dicit. Negligenter factum est quod littere imperiales non sunt habite: ita illi amici sunt. Nos aliter cum eis agamus: curandum est ne desint regie: fortasse ita placet deo: ut huius causa regi tantum simus obnoxii. Scimus tamen imperatorem non esse in culpa: cuius benignitate ex perti sumus. Velzeli ea malignitas est. Cura expediente rei tua est: quocumque mandatum procuratoribus nostris dederis: id uolumus ratum esse. Credimus tandem necesse erit paulo eo profici: alioquin parum speramus: cum te huc reditum audiamus. Alia que modo scribamus non occurrunt. Italia ita se habet sicut heri & nudius tertius. Nepos pape adhuc egrotat: & putatur euasurus. Legatus ex Marchia ppe



diem rediturus expectat. Vale optime Ex Roma  
die uicesima secunda Nouembris. Millesimo qua-  
dringentesimo quinquagesimo septimo.

Neas cardinalis Senensis Venceslao Bohe-  
mo: Salutē plurimā dicit. Seruauimus quod  
promisimus: & annuente deo tue satisfacere  
mus uoluntati. prepositurā Brūnensem consecutus  
es munere apostolico: & nostra potissime sollicitu-  
dine: qui iuuante reuerendissimo domino Rotho-  
magenſi cardinalem Papiensem alteri consulentem  
uicimus. Tuū nunc est: ut possessionē assequi stu-  
deas: & pro nobis in ecclesia Varmienſi tuas ope-  
ras impartiaris: in qua re noue indies difficultates  
emergunt. Facient domini de roſis rem nobis gra-  
tissimā: si hac de causa ad regē Polonie te miserunt  
Vale ex Vrbe octaua Kalen. Decembris. Millesi-  
mo. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Francisco phile-  
pho. Salutem: plurimā dicit. Litteras tuas  
Francisce amantissime: & quidem suauissi-  
mas accepimus. Mediolani ad octauam Kalen. no-  
uembris scriptas: cumq; his dulce carmen sale con-  
ditum optimo. Priores quoq; nobis reddite fuerāt  
& uersus impares ex officina tua periocundi terſi-  
q; quibus iam pridē respondimus. Nunc pauca ad  
noua scripta dicemus. Iohannes papa tertius & ui-  
cesimus cum plus equo laudaret. Scio inquit me lu-  
di: sed falsa quoq; laus me delectat. Idem & nos di-  
xerimus nō sunt nostre quales nobis attribuis. lau-  
des: scimus quo pede claudicamus: quem dolemus  
dentem: Laudari tamen falso quā uituperari uero

malimus. Tibique gratias habemus: qui nos imorta-  
les facis: librum tuum iam dudum in Catheloniâ abi-  
isse putamus. Nihil est quod de illo speres. uacua Bi-  
bliotheca est preter uerbosas leges nihil habet Xe-  
nophontem filium tuum optimum adolescentem: &  
tuis imbutum disciplinis: in familiam nostram rece-  
pissimus: & sui & tui causa libenter: si facultates nos-  
tre tulissent. Sed non sunt opes nostre: que longum  
ferant famulorum ordinem & curiam splendidam  
Viuimus tenui mensa: & inter ultimos haberi Car-  
dinales satis esse putamus. Vale & nos perge ama-  
re quando quidem id reciprocum fit. Ex urbe Ro-  
ma septima Kalen. Decembris: Millesimo quadring-  
entesimo quinquagesimo septimo.

Neas cardinalis Senensis Latino cardinali  
de Vrsinis: Salutem plurimam dicit. Quamuis  
non scripsi hactenus paternitati tue: non ta-  
men minus illi & deditus & affectus fui ad causam  
mee taciturnitatis: tua singularis prudentia per sese  
optime nouit. Non sunt ea tempora que missitatio-  
nes litterarum exposcant: nec uidi meis litteris aliquid  
quod afferri posse presidium rebus tuis: quod si uidi-  
dissem etiam cum periculo scripsissem: ita enim di-  
gnatio tua de me merita est. Nunc uero & taceo &  
simul superos oro: ut finem aliquando tuis tempe-  
statibus tribuant: & reddant nobis personam tuam  
qua non sine incommodo sacrum collegium caret. No-  
uitates nullas habeo scribendas quas non putes di-  
gnationi tue notas: nisi forte Germanicas sed impli-  
citi bello proprio homines non solent externa cura  
re. Hec scripsi: ne perpetuum silentium meum accusa-



res: quāuis scio tuam circumspectiouē ita me suum  
seruitorem amare: ut nihil in sinistra partem recipi/  
at. Cōmendo me iterū & iterum paternitati tue ad  
eius mādata paratissimū. Ex urbe die decimasexta  
Nouēbris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Sigismundo ma/  
lateste: Salutē plurimā dicit: Fuum⁹ hoc ma  
ne cum sanctissimo domino nostro: dum cā  
cellarius tuus audiretur. Et intelleximus que dicta  
sunt tam per sanctitatē domini nostri q̄ per ipsum  
cancellariū super controuersia que est inter sereniss/  
simū regem Aragonū & te: circa quā rem etiam se  
orsum idē dñs noster nobiscū loquutus est. In sum  
ma uidemus ipsum dominū nostrum affectum esse  
statui tuo: uelletq; tibi semper bene consultum esse  
Oportet tamen suam sanctitatē habere respectū nō  
modicū ad prefatū regem Aragonū: & habere ocu  
lum ad terras ecclesie: & ideo necesse est ut pruden  
ter se habeat. Nec potest semper omnia facere que  
uellet. Quibus ex rebus consideratis omnibus pro  
directione rerum tuarū: ad euitandum pericula que  
possunt emergere: uidet nobis consultū esse: quod  
tu de summa pecuniarū quas regia maiestas a te pe  
tit: offeras illam quantitate; sine ulla dilatione per  
soluere que liquida est. De parte autē alia supra qua  
pretendis non teneri: prebeas mensē: in qua dicta  
pecunia parata sit ad requisitionem regis: cum quo  
sanctissim⁹ dñs noster decerneret te obligatū esse:  
& affirmes te uelle stare determinatiōi domini no/  
stri: & hec uidetur nobis uia rationabilis. Nec puta  
mus alio modo rem bene sopiri posse. Rogam⁹ ut

recte consideres omnia: & recipias consilia eorum  
qui te amāt. Nec uelis pro modica pecunia te in pe  
riculo ponere: quia non est paruus aduersarius tuus:  
nec res bellice semper ex opinione succedunt. Meli  
or est multo certa pax quam sperata uictoria. Scimus  
te non libenter audire consilia: quia tamen periculum  
provincie timemus: non possumus facere: quin ea que  
nobis uidentur utilia significemus. Tui est in bonam  
partem recipere: que a nobis sincera mente scribuntur.  
Datum Rome Kalend. Decembris. Millesimo  
cccc. lviij.

Neas cardinalis Senensis Iacobo Iodromo  
medico Salutem plurimam dicit. Habuimus  
ex Ferrara litteras tuas: libentius te uidisse  
mus pro caritate qua tibi sumus affecti: Det deus:  
ut aliquando simul reperiamur. faceremus libenter  
omnia que possemus pro tuo honore & utilitate: sed  
non uidemus modo comoditate: tempora enim mala  
sunt. sed si quid occurrerit: non erimus tui im  
mores. Rogamus ut comedes nos imperatorie ma  
iestati: & iues latorem presentium ad expeditionem  
suam in facto ecclesie Varmiensis: quam si obtinere po  
terimus: non erit quin utilitas tibi redundet. Salutes  
ex parte nostra Vlricum riedrer: & Valterum zebinger  
ac cancellarium imperialem: & alios amicos nostros.  
Dolemus multum de captura episcopi Gurcensis: & Io  
hannis ungnad & aliorum. Utinam possemus eorum li  
berationem procurare: profecto nihil omitterem ex  
nobis possibilibus. Iohannem hinderbachiium cupimus  
nostro nomine saluari: simulque dilectissimum filium  
tuum Federicum cum coniuge tua honestissima. Vale



in christo optime nostri memor & amans ut soles:  
Datum Rome Kalen. Decembris: Millesimo qua-  
dringentesimo. lvii.

Neas cardinalis Senensis Laurentio Roua-  
rella: Salutē plurimā dicit. A latore presenti-  
um recipies quatuor bullas apostolicas & unū  
officiū transfigurationis. Ex bullis unā reddes im-  
peratori simul cū officio & breui sibi directo. alias  
bullas curabis mittere tribus principibus electori-  
bus: simul cum breuibus suis: Erant & alie tres bul-  
le apostolice simul cū duobus officiis ac tribus bre-  
uibus: officia dirigebant̃ rege Hūgarie ac domino  
legato: bulle quoq; eisdē: tertia uero domio Strigo-  
nienfi. Sed hec omnia mittemus per aliū nuncium:  
qui post biduū recedet. Si te reperiret in curia regis  
Hungarie assignabit tibi ea. Sin autē tradet per se-  
ipsum regie maiestati que sibi dirigunt̃. Alia uero  
curabit transmitti archiepiscopo & legato: nec alia  
circa hec. De negociis Rheni multa referunt̃ nō bo-  
na: propter que necessariū erit: ut quāprimū cū con-  
silio imperatoris & cum litteris suis ad partes illas  
te transferas: & labores iuxta cōmissionē tibi tradi-  
tam. Interea bonum est ut procures q; imperatoria  
maiestas scribat archiepiscopo Maideburgensi: ut  
si querant̃ ad aliquā cōuentionē in factis ecclesie nō  
cōsentiāt: sed ad seipsuz oīa referāt q̄ querunt̃: & sua  
deat: ut si qui sunt qui nouitates querāt illis nō affē-  
tiāt: q̄a piculū est in mora. Habebis mox alias litte-  
ras domini nostri: qui plenius de hac materia ad te  
scribet: & intelliges rei grauitatē ac periculū. Bonū  
est etiā laborare apud ducem Ludouicū Buarie ut

scribat Palatino rheni cōsanguineo suo. Nec se im-  
plicet cōventionibus eorū: que cōtra sedem aposto-  
licam aliquo modo parant: persuadēdo sibi q̄ mul-  
to facilius filii principum. promouebuūt per sedem  
apostolicā quam capitula uel ordinariū. & hoc bene  
cura in auribus principū conculcare: quia ueritas ē.  
Vale & scribe sepius quomodo tibi succedat. Datū  
Rome Kal. decembris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Frāncisco duci Me-  
diolani illustri. S. P. D. Quamuis in curia sere-  
nissimi imperatoris & aliis in locis ubi morā  
traxi: semper honoris & glorie tue cupidus fuerim:  
illisq; pro mea uirili consulere studuerim: ut testes  
sunt magnificus eques Sceua de curte: & alii quos  
tua excellentia ad imperialē maiestatem: & Roma-  
nam curiam aliquādo transmisit. Fateor tamē me  
nunquā aliquid egisse: propter quod presumere de  
beam gratiam quantumcūq; minimā ex tua māsue-  
tudine deprecari: sed audaciam petendi: quam mea  
non prestant opera: tua liberalitas & in omnes be-  
neficientia cōcedit: que cum uel ignotis prodesse so-  
leat: mihi ut existimo nō claudit aures. Neq; ego il-  
lam implorare auderem: nisi me necessitas urgeret.  
Sed cum uocatus ad cardinalatus honorē eos non  
habeam redditus: qui huic dignitati cōueniant. Co-  
gor ad eos recurrere: quos pro sua singulari bohi-  
tate mihi bene uelle arbitror: inter quos excellentiā  
tuam ueneror. Nam & amici quos Mediolani ha-  
beo: hoc mihi & litteris & nuuciis indies cōfirmāt.  
Quibus ex rebus cōmisi prefato Sceue: itegerrimo  
amico meo: ut aliqua meo noīe māsuetudini tue ex-



ponat: cui precor & benignas aures impartiri: & p̄ces quas uice mea tulerit: bono animo exaudire uelis. Nam & opus pietatis exercebis: & me seruitorem tuū magis ac magis obligatū hebebis. Ex Roma die quarta nonas decēbris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senensis Sceue curtensī. Sa. P. D. Raphaelē caymū nobilem adoleſcētē; quē ad nos miſiſti: recepimus in familiaꝝ noſtrā: & tui cauſa: & ſui libenti aīo. Naꝝ & nos tibi obnoxii ſumus in oībus morē gerere: & ipſe pre ſe fert moſteſti & prudētis indolē iuuenis. Vtinā hi ſumus: q̄ uirtuti ſue ſatiſfacere poſſimus. Qd̄ promittis te apud illuſtriſſimū principē procuraturꝝ noſtri cauſā nō eſt apud nos dubiū. Nouimus anīmū erga nos tuū: & amicū te eſſe uerum nō ambigimus. Si bona principis mens in ea re fuerit: tua non deerit opera ita nobis p̄ſuaſum eſt. Scribimus excellētie ſue litteras: quazꝝ exemplaria cū p̄ntibus ad te mittimus: ſi putas reddēdas eſſe reddito: ſi minus: utere cōſilio tuo: & rem noſtrā pro tua circūſpectione curato. Nos tantū uolumus quantū licet. pauperes nati ſumus: & in hāc uſqꝫ diē uiuimus tenues. Nunc ſi aucto dignitas eſt: non tñ accreuerūt opes. Cōfidimus in bonitate ſummi dei: ut qui nos nunqꝫ deſtitit: ne qꝫ in cardinalatu deſeret: qñ nō hi ſumus: q̄ maria monteſqꝫ cupiam⁹. Satis nobis fuerit nō egere quo illuſtriſſimi ducis auxilio futuꝝ. confidimus: & tua ſollicitudine. De maxima illa cōcubina non eſt qd̄ mirere: lata eſt Romana curia: & omniū rerū capax boni & mali apud nos uerſant̄: Hic ſuperba & hūmilitas: hic auaricia & largitas: hic luxuria & fruga

litas: hic libido & continentia: hic summa uirtus & summū uitiū. Sagena est hec in mari missa omniuz genere pisciū plena: triticū adhuc simul & palea in area est: & magna fatuitas & sūma sapientia simul habitant. Quid mirū si opera aliqñ preclara effecimus digna laude. aliquādo sic agimus: ut reprehendi uel a minimis ualeamus: neq; arbor bona malos fructus facit: neq; de spinis colligunt uuas. Credimus tñ plura dici q̄ fiant: & plura fieri q̄ dicant̄. famāq; tanto maiore esse q̄to longius effert̄. Nos nostro capiti paremus: cuius sapientiā nemo satis cōmendauerit: quanq̄ aliqñ ea faciet que non oēs probant. Sed quid mirū si pontificis & mortalis hoīs facta sunt qui uituperant: qñ nec deus ipse reprehensionibus hominū caret. Sed uale: & Iohāni caymo spectato uiro & nobis amicissimo nostro noīe salutes dicitō: quātas ab amico desiderat. Ex roma q̄rta nonas decēbris. M. cccc. lvii.

Neas cardinalis Senēsis Nicolao arcimbol do. S. P. D. Quāuis raras ad te litteras dedimus. Nam he secūde sunt postq̄ cardinalatus honorē cōsequuti sumus. nihil tñ minus te amamus & reue remur: est indelibilis memoria illi9 dulcissime cōsuetudinis quā simul Florētie habuimus. Recordamur quāto fauore nos Mediolani: du3 legatione cesarea fungeremur prosequeremur. Neq; oblitum sumus eoy: & que Rome in coronatione imperatoris una agitauimus: que oīnia suauissimā mihi reddunt recordationē tui noīs. Ad hec accedūt amplissima in me merita Gasparis Slicciū cācellariū cesarei: que suis necessariis & amicis mirū in moduz



84  
nos obligatos tenēt. Hec scribimus semel pro mul-  
tis uicibus: ut scias nobis animū esse cōplacendi &  
tibi & tuis oibus. Nam quotiēs tuo noīe reqremur  
totiēs in memoriā carissimi amici nō sine uolupta-  
te quadā reuocamur. Ex te aliud nihil petimus nisi  
ut nos ames ex ueteri consuetudine: & illustrissimo  
principi duci Mediolani cōmendatos efficias: cuius  
clarissima uirtus oēm inuidiam superauit. Ex urbe  
Roma quarta nonas decēbris. M. cccc. lvi.

Neas cardinalis Senensis Theoderico archi-  
epō Coloniēsi. S. P. D. Ex litteris quas mihi:  
quasq; sanctissimo dño nostro scripsisti since-  
ritatē tuā erga sanctā Ro. primamq; sedē plane co-  
gnoui. Necq; ambigo ubi tua dignatio sit: ibi nihil  
cōcludi posse nō iustū sanctūq;. Ago grās benigni-  
tati tue: que palā mihi dignata est aperire qđ sentit.  
Verū quia certificatus est dñs noster in cōuentioni-  
bus que in Germania fiūt aliqua tractari q̄ hanc se-  
dem cōcernūt. Oro ne tua circūspectio his aures ad-  
hibeat: qui nouitates efficere cupiūt: ut uel sic emer-  
gant. Nāq; si Romane sedis auctoritas deprimerēt  
credito quia nec tua nec alioꝝ epōꝝ salua manebit.  
Audio tñ que cōsulis: ut hic quoq; ea reforment̄ q̄  
odiū tue nationis pariūt: & ego si mea uox audiet:  
ad id operā dabo. Nā & hic aliqua cōmittunt̄ que  
nō laudo oīa. Verū illud salubre puto: ut sup̄ graua  
minibus que uestri allegant ad Ro. pontificē recur-  
sus habeat: qui nō denegabit assensum iusta petēti-  
bus: mihi ea cura est. ut ea semp̄ agam que nationi  
tue: de qua quodāmodo unū me puto & honori &  
utilitati sint. In rebus aut̄ que tue pprie sunt ita me-

habeo & habebō qđ aduixeriz tanq̄ mee sint. Scio  
enī quantū dignatiōi tue debeo: cui⁹ humāitas mul-  
tis me affecit beneficiis. Ceter⁹ quia p̄positura San-  
ctensis q̄ nūc mihi cōmēdata est in diocesi ac domi-  
niis tuis nō parūā habet iurisdictionē; Rogo uelis  
tuis patētib⁹ litteris mādare: ut officialibus meis q̄  
tenus consuetū est absq; cōtrouersia pareant: ita ut  
gaudeat ea dignitas se mihi cōmissa; esse: & cardī-  
nalē senēsem apud presulē Coloniēsem intelligat es-  
se nō ultimo loco. Nec alio modo cōmēdo me tibi  
Ex urbe quarta nonas decēbris. M. cccc. lviij.

Neas cardinalis Senensis Vlrico ep̄o Gurcē-  
si. S. P. D. Susceptis litteris tuis: uocauim⁹ ad  
nos e uestigio p̄curatores; Herfordensiu: cūm  
quo plura loquuti. Illud ab eo tandē obtinuim⁹: ut  
in causa illa testamentaria nō procedat nobis insci-  
is: & putamus eū quietuz iux desideriu tuū donec  
adueniet nosrer sensibile. Est enī hic p̄curator uir  
bonus & ifortunio tuo cōpatiat̄. solū timet: ne p̄ci-  
pales sui eū tergiuersarii suspicēt. nec alia mō roga-  
mus: ut nos maiestati cesaree cōmendes: & nos in  
gratia ei⁹ retineas: quia ipse ē cui pre ceteris qui ui-  
uunt obligati sumus: displicet nobis non habuisse  
nos illā fortunā: ut pro nobis cesarea maiestas regi  
Polonie scripserit in causa Varmien. ecclie fecit hoc  
Velzeli uetus cōsuetudo qui gratiā cesaris nobis i-  
pediuit: id nobis est non dāno solū sed etiā infamie  
Naz qui nos annis .xv. seruiuisse cesari sciunt: no-  
strā parūfaciūt existimationē: cū litteras cōmēdati-  
cias ex curia eius obtinere nequiuimus. Deinceps  
rogam⁹ aliter agat nobiscū: qui dies noctesq; cesari



feruire: & suis curialibus morē gerere studem⁹. Va  
le optime ex urbe die sexta decebris M. cccc. lviij.

Neas cardinalis Senensis Iohāni frunt. S. P.  
dicit. Affecerūt nos littere tue nō paruo gau-  
dio: uir prestans & amice singularis: qñ nude  
scribis: & interna animi tui pādis. Credimus te uti  
nō infulto cōsilio: si cū nequeas cōtinere: cōiugiūq;  
queris: quis id prius cogitādū fuerat q̄ sacris initia  
reris ordinibus. Sed nō sumus diū oēs qui futura p  
spicere ualeamus: qñ huc uentū est ut legi carnis re-  
sistere nequeas: melius est nubere q̄ uri. Non tamē  
hec pontificis sentētia est ut dispensandū cēseat: stat  
in sua seueritate. Nec putat uni cōcedendū qđ mul-  
tis in noxiū uergat malū: & unū pati pro multis nō  
incōueniēs arbitrat̄. Expectandus est ergo ut tute  
ais alterius apostolat⁹ qui mitior sit. Nescimus tñ  
cui uita tam diu comes erit. Nam sepius agni p̄mo-  
riuntur ouibus. Tu quā de nobis opinionem geris  
ut deponas rogamus. Necq; enī nos hi sumus quos  
arbitraris: utinam ita uiuamus: ne cardinalatum in  
digne uideamur adepti. Cupimus nōs sepe reueren-  
dissimo patri nostro domino Colonienſi facias cō-  
mendatos: cuius uitam diuturuam cupimus: & sue  
dignationi rem gratam facere optamus. Preposito  
sancti Florini Tilmanno ut nos offeras petimus:  
quem inter amicos obseruamus. Nec secus de Io-  
hanne polart dicimus: sumus enim omnibus obli-  
gati. Sed uale: & procuratores nostros ut aliquid  
consequamur adiuua. Datuz Rome die septima de  
cembris Milleſimo quadringentesimo quinquage-  
ſimo septimo.

Neas cardinalis Senēsis Iohanni tolner. S. P.  
D. Que scribis omia cū uoluptate legimus: ad  
uertētes qua nos animi sinceritate prosequaris: tua  
nobis & fides & prudentia magno emolumēto est  
Circa rem p̄positure expectamus decani p̄curatorē  
Sed ille fortasse tardior est: quia sperat nouis q̄ au-  
diunt legibus sese magnū fieri. utinā magnus sit cū  
reipublice xp̄iane utilitate. Intelligim⁹ ecclesiā quā  
nobis pro prepositura dimittere intēdit: domū ha-  
bere ruinosam quā Palatinus comes ecclesie sūpti-  
bus reparari uult: qđ si fiat redditus pluriū amico-  
rum in eā conferant: & nobis esset onerosus. Roga-  
mus igit̄ attēte ista penes & cūcta nobis rescribas  
Pro ecclesia collegiata impetrauimus septē annoꝝ  
indulgētias: plures obtinere nequiuimus: & illas ad  
uiginti annos duraturas. Si uolūt expedire poterūt  
his: quibus ea cura cōmissa ē. nos que possumus cur-  
honestate pro ecclesia Vormacienſi efficere uolūta-  
rii sumus. Cōmenda nos ep̄o & decano: ac Iohāni  
de bacstein amicis optimis. & uale. in dño semper.  
Ex roma die septima decēbris. M. cccc. lviij.

Neas cardinalis senensis Ludouico sanctoꝝ  
quatuor coronatoꝝ cardinali: legato Bononi-  
ensi. S. P. D. Et oliuas & tuteta quib⁹ me ho-  
norare uoluisti cupidissime accepī: tum q̄ id genus  
alimēti hic rarū & p̄ciosum est: tum q̄ ex amantissi-  
mo & mihi p̄cipuo dño & benefactore singulari q̄  
cunq̄ ueniūt nō possunt esse nisi gratissima. Enxe-  
nia quidē tāto acceptiora sunt: quanto is qui mittit  
amātor est. Qua ratione nō potuissent munera tua  
apud me esse iocūdiora q̄ sunt qñ & me amari a di



gnatione tua uulgariter sum expertus: & ego tui reuerēdiſſime paternitati tanq̄ patri optimo: & dño benigniſſimo, ſum affectus. Vellem aut̄ ea in me factas eſſet: qua poſſem me gratū oſtendere nō uerbo ſed facto. Scio tñ prudentiā & manſuetudinē tuam ex me nihil amplius expectare q̄ poſſim: & in redditione beneficioꝝ animi tñ inſpicere promptitudinē. Sed ne multis dignationē tuaz morer quod ſemel dictū eſt id nunq̄ indictū erit. Noſti q̄ fuerūt inter nos uerba: dum agere de mea ad cardinalatū p̄motione. Nunq̄ ex aīo meo illa cadēt: nec unq̄ id cōmittā: ut tanti beneficii imemor dici poſſim: Qd̄ ſi nō ſcribo ſepe ad benignitatē tuā: nō p̄pterea minor eſt mea deuotio: nec minus amo. Id tua reuerēdiſſima paternitas experiet̄: ſi qua in re mihi poſſibili mea opera uti dignabitur. nec plura modo. Datū Rome die octaua marci. M. cccc. lviij.

Neas cardinalis Senēſis Latino cardinali Vriſino S. P. D. Reddite fuerūt mihi littere tue q̄ bus Gondisalui familiaris tui cauſam cōmendes. legi ſcripta tua nō ſine iocunditate: cū plena eſſent caritatis & beniuolētie. Illud aut̄ moleſtū fuit: q̄ deſiderio tuo morē gerere uō potui. Nam iudex in cauſa cōſtitutus ſolū uerū ſequi debui. Neq̄ faſ fuit ad dextrā uel ad ſiniſtrā declinare. quo attamē licuit partē familiaris tui iuuare nō deſtiti. Accerſiui ad diſcuſſionē negocii tres ex tota uiros preſtabiles: quos ip̄e delegerūt. cū hiſ fuit & auditor meus: & Iohānes de Ceſarinis: nō indoctus legum interpres. Viderūt hi regiſtra: & plurib⁹ inter ſe diēbus de meritis cauſe cōſultarūt. Poſtea coram me







